PRIMVS SEN

TENCIARVM

Rękopis i jego oprawę wyrestaurował introligator Jan Wyżga w r. 1936. Dano nowy grzbiet (stary był zdobiony dwoma rodzajami tłoków, mianowicie temi, któremi są wykonane zewnętrzne ramy wycisków, widniejących na okładkach niniejszego rękopisu oraz rękopisu Nr. 1515), nowe karty ochronne i nowe wyklejki. Dawne wyklejki są wprawione na początku i na końcu rękopisu. Odjęto od tego rękopisu 29 (sic) kart czystego papieru, które się znajdowały przed tekstem i po tekście, a nie należały do właściwego trzonu rękopisu; karty te, po większej części nadbutwiałe, były to karty przybyszowe, dołączone przez szesnastowiecznego introligatora, bo miały inny (niż reszta kart) znak wodny, a mianowicie podwójny krzyż duchacki (Briquet Nr. 5755).

CCIV 23.

I

Liber doctoris Martini de Ilkirch

N. Inv. 1514.

Vpientes aliquid
de penuria ac te
nuitate nra cum
paupercula in gazophilacium
domi mittere ardua scander
opus vltra vires nras ager
presumpsimus consumacois fidu
ciam laboris q̄ mercede in sa
maritano statuentes qui prola
tis in curacoem semiuiui duobus
denariis superrogantis cuncta red
dere professus est Delectat nos
veritas pollicentis sz terret ime
sitas laboris desiderium hortat
proficiendi sz dehortat infirmitas
deficiendi Qua vincit zelus
domus dei quo inardescentes fide
nram aduersus errores carnalium
atq animalium hominum dauidice turris

clipeis munire ut potius munitam
ostendere, ac theologicarum inquisitionum
abdita aperire, nec non et sacramentorum
ecclesiasticorum, pro modulo intelligentie
nostre, noticiam tradere studuimus. Non vo-
lentes studiosorum fratrum votis resi-
stere, eorum in cristo laudabilibus stu-
diis lingua ac stilo, nos sermone fla-
gitantium, quas bigas in nobis agi-
tat cristi caritas.
Quamvis non ambigamus, omnem hu-
manum eloquium sermonem calumpnie
atque contradictioni emulorum sp
fuisse obnoxium, quia dissentientibus
voluntatum motibus, dissentiens
quoque fit animorum sensus, ut cum omne
dictum veri ratione perfectum sit, tan-
dum aliud aliis aut videtur, aut
complacet veritati, vel non intellecte

Vel offendenti impietatis error obni-
tatur, ac voluntatis invidia resultet.
Quam deus huius seculi operatur in
illis diffidentie filiis. Qui non ra-
tionem voluntatem subiciunt, nec doctri-
ne studium impendunt, sed his que
sompniarunt sapientie verba coa-
ptare nituntur, non veri sed placi-
ti rationem sectantes. Quos inquam vo-
luntas non ad intelligentiam verita-
tis, sed ad defensionem placentium in-
citat, non desiderantes doceri verita-
tem, sed ab ea ad fabulas conver-
tentes auditum. Quorum professio
est magis placita quam docenda con-
quirere, nec docenda desiderare, sed
desideratis doctrinam coaptare.
Habent rationem sapientie in super-
sticione, quia fidei defectionem sequitur.

ypocrisis mendax ut sit vel in verb

pietas quam amiserit conscientia

ipsam quoque simulatam pietatem omni-

um verborum mendacio impia reddunt

falsae doctrinae institutis fidei scita-

tem corrumpere molientes arrium quoque

prigine sub novello sui desiderii

dogmate aliis ingerentes quin con-

tentioni studentes contra veritatem

sine fede bellant inter veri namque

afficione et placiti defensione per-

tinax pugna est dum se veritas

tenet et se voluntas error tuetur

Horum igitur deo odibilem ecclesiam

evertere atque ora opilare ne virus ne-

quitie in alios effundere queant et lu-

cerna veritatis in candelabro exal-

tare volentes in labore multo ac su-

dore volumine deo prestante compegimus

Ex testimoniis veritatis meternum
fundatis in quatuor libris distin-
ctum. In quo maiorum exempla doc-
trinamque reperies. In quo per dominice
fidei sinceram professionem vipere
doctrine fraudulentiam prodidimus
aditum demonstrande veritatis com-
plexi nec periculo impie professio-
nis inserti temperato inter utrumque mo-
deramine utentes sicubi vero parum
vox nostra insonuit non a patrinis
discessit limitibus. Non igitur de-
bet hic labor cuiquam pigro vel multum
docto videri superfluus cum multis in
pigris multisque indoctis inter quos
etiam et iii sit necessarius brevi vo-
lumine complicans patrum sententias
appositis eorum testimoniis ut non
sit necesse querenti librorum numerositatem

in hc libro

euolue cui breuitas collecta quod que-
ritur offert sine labore. In hoc autem
tractatu non solum prius lectore sed
eciam liberum correctorem desidero
maxime ubi profunda uersatur ue-
ritatis questio que ultima tot habe-
ret inuentores quot habet contradictores. Vt autem quod quaritur facilius
occurrat titulos quibus singulorum
librorum capitula distinguuntur
premisimus

Eteris ac noue legis conti-
nencia diligenti indagine. Ac-
que eciam considerantibus nobis. Prima
dei gracia innotuit sacre pagine tra-
ctatum circa res uel signa precipu-
e uersari. Vt enim egregius doctor Au-
gustinus ait in libro de doctrina christiana
Omnis doctrina uel rerum est uel si-
gnorum sed eciam discernitur. Prope
autem hic res appellantur que non ad si-
gnificandum aliquid adhibentur. Si-
gna uero quorum usus est in significando.

Liber correctorum est Tho. et Bonauentura qui tamen gratia correctionis et non odio nec inuidie hec sub sanctitatis libri correxit. Et instinctu spiritus sancti ... ad Cor. 3. Ubi spiritus ibi libertas. Hanc desiderat magister ... Augustinus

Prima ... de ... Sacre ... Dicitur ... Quia ... Quia intellectus sacre scripture ... Reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Hugo Alberti

Precipue dicit quia de quibusdam tractat que non sunt res nec signa ut peccatum, de quo agitur in theologia ... Sed ... ut lapsus ...

Sicut lignum ... ut amaritudinem ... Sic ... ita res sunt ut aliarum eciam signa sunt rerum

Res eciam per signa probatur quod signorum sit doctrina

Significat sicut sunt verba ... aliquid significandum ... ex quo intelligitur quod appellatur signa res cum ad significandum aliquid adhibentur

Eorum autem aliqua sunt quorum v-
sus omnis est in significando. Ex qui-
bus non utimur nisi aliquid signi-
ficandi gratia ut aliqua sacramenta
legalia. Alia que non solum signifi-
cant sed conferunt quod intus adiu-
uet sicut euangelica sacramenta.
Ex quo apparet intelligitur quod hic a-
pellentur signa res ille videlicet que
ad significandum aliquid adhibentur.
Omne igitur signum res etiam aliqua
est quod enim nulla res est ut in eo-
dem augustinus ait omnino nihil est
non autem econuerso. Omnis res signum
est quia non adhibetur ad significan-
dum aliquid. Cum his intendit
theologorum speculatio studiosa atque
modesta diuina scriptura formam

Prescriptam in doctrina tenere
aduertet. De hijs ergo nobis adi-
tus ad res diuinas aliquatenus
intelligendas deo duce aperire
uolentibus disserendus est. Et pri-
mum de rebus postea de signis di-
sseremus. Id ergo in rebus considera-
dum est ut in eodem Augustinus
ait quod res alie sunt quibus fruen-
dum est. alie quibus utendum est. ali-
e que fruuntur et utuntur. Ille qui-
bus fruendum est nos beatos faciunt.
Istis quibus utendum est tenden ad
beatudinem adiuuamur et quasi ad-
miniculamur ut ad illas res que
nos beatos faciunt peruenire eisque in-
herere possimus. Res uero que fruuntur
et utuntur nos sumus quasi inter utrasque
constituti et angeli sancti

Frui autem est amore inherere alicui re-
i propter seipsam. Uti vero id quod
in usum venit referre ad obtinendum
illud quo fruendum est. Alias abu-
ti est non uti. Nam usus illicitus abu-
sus vel abusio nominari debet.

Res igitur quibus fruendum est sunt
pater et filius et spiritus sanctus. Eadem
tamen trinitas quedam summa res est com-
munis quoque omnibus fruentibus ea. Si tamen
res dici debet et non rerum omnium causa
si tamen et causa non enim facile potest in-
veniri nomen quod tante excellentie con-
veniat nisi quod melius dicitur trinitas hec
unus deus. Res autem quibus utendum
est mundus est et in eo creata. Unde Au-
gustinus in eodem utendum est mundo
ut non fruendum ut invisibilia dei per
ea que facta sunt intellecta conspiciantur.

Pena utendum est quia a deo est
promovet ad meritum hominis et ordinanda ad finem
ducit in consideracionem sue infirmitatis
purgat peccata

Rebus mundi utendum est ut quia conferunt ad dei cognicionem ostendentes
ipsius magnitudinem ut quia prebent subsidium vite nostre ordinate in
deum

Cum uti sit assumere aliquid in facultatem voluntatis in ista assumpcione quatuor concurrunt
Potencia assumens
habitus regulans
Actus elicitus
obiectum actum suscipiens

Et cum hec uti aliquid est quadruplex
Ut sic instrumento et sic fabre uti malleo
Ut sic habitu directivo et arte
Ut sic actu exercitato et fabricacione
Ut sic obiecto et

.i. ut de temporalibus eterna capi
antur. Item in eodem in omnibus re
bus, ille tantum sunt quibus fruendum
est que eterne et incommutabiles
sunt. Ceteris autem utendum est ut
ad illarum fruitionem perveniatur.
Idem Aug. in libro .x. de trinita
te. Fruimur cognitis in quibus
ipsis propter se voluntas delectata con
quiescit. Utimur vero eis que ad a
liud referimus quo fruendum est.
Item quid inter sit inter
frui et uti aliter quam supra
Notandum vero quod idem au
gustinus in li. x. de trinitate aliter
quam supra accipiens uti et frui sic di
cit. Uti est assumere aliquid in facul
tatem voluntatis. Frui autem est
uti cum gaudio non adhuc spei sed iam

rei. Ideoque omnis qui fruitur utitur

Assumit enim aliquid in facultatem

voluntatis cum fine delectationis. Non

autem omnis qui utitur et fruitur, si id

quod in facultatem voluntatis assu-

mit non propter ipsum, sed propter aliud ap-

petit. Et attende quia videtur Augu-

sti dicere illos frui tantum qui in re gau-

dent non iam in spe, et ita in hac vita

non videmur frui, sed tantum uti, ubi gau-

demus in spe, cum supra dictum sit, fru-

i. esse amore inherere alicui rei propter

se. Qualiter etiam hic multi adhereret

determinatio eorum deo

que videntur contraria

Et ergo que sibi contradicere

videntur, sic determinamus dicentes

nos et hic et in futuro frui, sed ibi

proprie et perfecte et plene, ubi per speciem

Videbimus quo fruemur. Hic autem dum
in spe ambulamus, fruimur quidem
sed non adeo plene. Unde in li. x. de
trinitate. Fruimur cognitis in qui
bus voluntas est. Idem in libro de
doctrina xpiana. Ait Angeli illo fru
entes, iam beati sunt, quo et nos frui
desideramus, et quantum in hac vita
iam fruimur, ut per speculum vel in ei
gmate, tanto nostram peregrinacionem
et tolerabilius sustinemus et ardencius
finire cupimus.

## Alia determinacio:

Potest etiam dici quod qui fruitur
etiam in hac vita non tantum habet
gaudium spei, sed etiam rei, quia
iam delectatur in eo quod diligit, et
ita rem aliquatenus tenet. Constat
igitur quod debemus deo frui et non

Uti. Illo enim ut ait Augustinus frue-
ris quo efficieris beatus, et in quo spe-
ponis, ut ad id pervenias. De hoc idem
ait in libro de doctrina christiana. Dicimus
nos ea re frui quam diligimus pro-
pter se, et ea re fruendum nobis esse tan-
tum, qua efficimur beati, ceteris vero
utendum. Frequenter tamen dicitur frui cum
delectatione uti. Cum enim adest quod
diligitur etiam delectationem secum gerit,
si tamen per eam transieris, et ad illud
ubi permanendum est eam retule-
ris, uteris ea, et abusive non proprie
diceris frui. Si vero inheseris at-
que permanseris fine in ea ponens leti-
cie tue, tunc vere et proprie frui
dicendus es. Quod non est faciendum
nisi in illa trinitate, id est summo et

in commutabili bono

# Utrum hominibus sit utendum vel fruendum

Cum autem homines que fruuntur et utuntur aliis rebus, res aliquae sunt.

Queritur utrum frui debeant an uti, aut utrumque. Ad quod sic respondet Augustinus in li. de doctrina xpiana. Si propter se homo diligendus est, fruimur eo, si propter aliud utimur eo.

Videtur autem non propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita, cuius etiam spes hoc tempore nos consolatur.

In homine autem spes ponenda non est, quia maledictus est qui hoc facit. Ergo si liquide aduertas, nec seipso quinque frui debet, quia non se debet diligere.

Propter se sed propter illud quo fruen-
duz est. Huic aut contrarium videtur
qd apls ad philemonem loquens ait. Ita
frater ego te fruar in dno. Ad ita
determinat Augu. Si dixisset tm te fru-
ar et no addidisset in dno videretur
finem dilectionis ac spem constituisse in
eo. Sed qz illud addidit in dno se fi-
nem posuisse eodem qz frui significavit
Cum em vt idem Augu. ait homine
in deo frueris deo potius qz homine
Hic queritur an de-
us fruatur an vtatur no-
bis
Sed cum deus diligat nos vt
frequenter scriptura dicit q eius dile-
ctionez erga nos multum commendat
Querit Augustinus quo diligit an
vt vtens an vt fruens et procedit i-
ta Si fruitur eget bono nro qd ne-
mo sanus dixerit. Ait em propheta

Cum homo

Bonorum meorum non eges. Omne enim bo-
num nostrum vel ipse est, vel ab ipso est. Non
ergo fruitur nobis, sed utitur. Si
enim nec utitur, nec fruitur, non unus
ipso, quomodo diligat nos. Neque tamen sic utitur
nobis, ut nos aliis rebus. Nos enim
res, quibus utimur, ad id referimus
ut dei bonitate perfruamur.
Deus vero ad suam bonitatem usum
nostrum refert. Ille enim miseretur no-
stri, ut se perfruamur. Nos vero in-
vicem nostri miseremur, ut illo frua-
mur. Cum enim nos alicuius miseremur
et alicui consulimus, ad eius quidem
facimus utilitatem, eamque intuemur,
sed et nostra fit consequens, cum miseruor
diam quam aliis impendimus, non reli-
quit deus sine mercede. Hec autem mer-
ces summa est, ut ipso fruamur.

Item qz bonus declarat dictu[m] suu[m] ee opebus necessarijs
et laudabilj ee opebus iustitie ibi posito
uia ea ne quis potens nocere
nos ꝓ[pte]r suum bonum queranda et ostendenda ee nobis
hoc aut ita propue ut ostendat
potentia infinita ut sapiat
tendebat eius pretiu[m] nra vtili
tate et ideo nem esse authoris
masere sic attribuit eis bonu[m] et
qz voluntarie nos facit et no
impetu nec sic agit natura
ideo bn ab eius nos facit quus
ab eius fluit eque bonu[m] et ens
sibi placuit et sic fluit oppm qz
sua voluntas et ea omne bonu[m]
sic alicui est bonu[m] nos ab eo volitu[m]
malu[m] eius est quia non quito
et nequitie[m] mali sunu[m]
multiplicat ee nobis tanto elongat
nr tanto eoa nig sunu[m]
nos ab esse ꝓhibet

Item qz

Quia bonu[m] est sunu[m] et
eligendu[m] quia bonitas eius
Ratio qua volunt ab eius la
ee nobis esse de ꝓe et ex illo
ideo nos sic ꝓ quia fluit bonu[m]
ab eius et fluit ab eius

Quia bonu[m] sunu[m] Quia ng ei
bonu[m] est essentia et relata ee
eius essentia est bonu[m] habu[m]
bene et eius gutuit et
uthere Ab essentia aut fluit
passa et a passa fluit actus
sive actio Actio aut bonu[m]
est educere educere semper
tendit aut semper ad unitate[m]
duodecimo ad unitate[m] eius duodecimo
ꝓ quod qz ens dicit bonu[m]
et quodlibet ens et quodlibet
ens est ens et quodlibet ens
aptu[m] est et quodlibet actus bonu[m]
et esse quod bonu[m] et sunu[m] esse

Item qz bonu[m] est sunu[m] et positu[m] ea ponit esse ergo
qz et bonu[m] et bonu[m] sunu[m] et qz ab eius bonu[m] est ab
et etiu[m] bonu[m] sunu[m] et qz actu prodit de ea natu[m]
est causa voluntarie nec bonu[m] et
sed natus et ea nec et esse nec h
aut causa eo ponit esse ita
nec est et ex eo qz
deus bonu[m] est sunu[m]
qz a eo qz nutu est
et sapiet nutu et sapie
sunu[m] et no et sic et
bonitas est eq et eadem sua
hec effectus eo nouit effectu
ad opa que nec a eo
qz bonu[m] deu est sicu[m] no at
qz nutu et sapiet qz hec
attributa no deus eadem
eade sunt nomine et ipse

Item qz bonu[m] est sunu[m] et positu[m] ea ponit esse ergo
qz et bonu[m] et bonu[m] sunu[m] et qz ab eius bonu[m] est ab
et etiu[m] bonu[m] sunu[m] et qz actu prodit de ea natu[m]
est causa voluntarie nec bonu[m] et
sed natus et ea nec et esse nec h
aut causa eo ponit esse ita
nec est et ex eo qz
deus bonu[m] est sunu[m]
qz a eo qz nutu est
et sapiet nutu et sapie
sunu[m] et no et sic et
bonitas est eq et eadem sua
hec effectus eo nouit effectu
ad opa que nec a eo
qz bonu[m] deu est sicu[m] no at
qz nutu et sapiet qz hec
attributa no deus eadem
eade sunt nomine et ipse

Item qz bonu[m] est sunu[m] et positu[m] ea ponit esse ergo
qz et bonu[m] et bonu[m] sunu[m] et qz ab eius bonu[m] est ab
et etiu[m] bonu[m] sunu[m] et qz actu prodit de ea natu[m]
est causa voluntarie nec bonu[m] et
sed natus et ea nec et esse nec h
aut causa eo ponit esse ita
nec est et ex eo qz
deus bonu[m] est sunu[m]
qz a eo qz nutu est
et sapiet nutu et sapie
sunu[m] et no et sic et
bonitas est eq et eadem sua
hec effectus eo nouit effectu
ad opa que nec a eo
qz bonu[m] deu est sicu[m] no at
qz nutu et sapiet qz hec
attributa no deus eadem
eade sunt nomine et ipse

# Item qz bonu[m] est sunu[m] et nutu

# tum sunu[m] bonu[m] sunu[m]

# ena qz nutus est no impune ma

# li sunu[m] lle go usus eius no nobis

# utitur deo no ad eius sed ad nostra

# Et nequitie mali sunu[m]

# utilitatem refertur ad eius bonitatem

# modo bonitatem

# Utru[m] utendu[m] an fruendu[m] sit uirtutibus

Hic considerandu[m] est utrum

# uirtutibus sit utendum an fruendum

# Quibusdam videtur

# qz eis sit utendu[m] et no fruendum

# dum et hoc confirmat auctoritate

# augustini qui ait Deum

# non esse fruendu[m] nisi trinitate

# summo et immutabili bono

# Item dicit ideo no esse fruendis

# ciba qz ꝓter se amade no sunt

# sz ꝓter eterna beatitudinem

Carn 10

Illud aut quo fruendum est pro
pter se amandum est. Sed qr
uirtutes ppter se amāde nō sunt
imo ppter beatitudinē solā. Pro
bant Auctoritate augustini q
in libro xiii de trini contra
quosdam ait. Forte uirtutes
quas ppter solam beatitudinē
amamus, sic nobis persuadere
audent, ut ipam beatitudinē
nō amemus. Qd si faciunt, etiā
ipas utiqz amare desistimus
quando illaz ppter quā solā, i.
stas amamus, nō amamus. Ecce
his uerbis uidetur Augu. oste
dere qz uirtutes nō ppter se, sed
ppter solam beatitudinē amāde
sunt. Qz si ita est, go eis fruen
dum nō est. Aliis uō contra uide

scz qz fruendū eis sit, qz ꝓpter se
Petende et amande sunt. Et
hc confirmat auctoritate Am-
brosii q̄ ait sup illū locū epl̄e
ad Gall. Fructus aūt spūs ē
caritas, gaudiū, pax, paciēcia,
rcs. Hec nō nominat opa, sz fru-
ctus, qz ꝓpter se petenda sūt, si
vero ꝓpter se petenda sūt, ergo
et ꝓpter se amāda. Nos aūt hac
q̄ videntur auctoritatū repu-
gnantiū de medio eximē cupi-
entes, dicimus qz virtutes ꝓpter
se petende et amāde sunt, et
tn̄ sola beatitudinē ꝓpter se qd-
dem amande sunt, qz delectat
sm̄ possessores, sincera et sancta
delectacōn, et in eis parīnt gau-
diū spūale. Verumtn̄ nō est h̄

consistendum
constituendum sed ultra gradien
dum. Non hic hereat dilectionis
gressus, neque hic sit dilectionis ter-
minus, sed referatur hoc ad illud
summum bonum, cui soli omnino in-
herendum est, quia illud propter se
tantum amandum est, et ultra illud
nihil querendum est, illud est enim
suppremus finis. Ideo Augustinus di-
cit, quia eas diligimus propter solam
beatitudinem, non quia eas propter
se diligamus, sed quia id ipsum quia eas
diligimus, referimus ad illud sum-
mum bonum, cui soli inherendum
est, et in eo permanendum, finis
quoque letitie ponendus, quare virtu-
tibus non est fruendum. Sed dicet
aliquis frui est amore inherere
alicui rei propter seipsam ut predictum

est. Si ergo propter se virtutes aman-
de sunt, et eis fruendum est. Ad quod
dicimus in illa descriptione ubi dicitur
propter seipsam, intelligendum est tamen
modo, ut scilicet ametur propter sei-
psam tantum, ut non referatur ad ali-
quid, sed ibi ponatur finis, ut su-
pra ostendit Augustinus dicens: Si in
heseris atque permanseris finem
ponens letitie, tunc vere et pro-
prie frui dicendus es. Quod non est
faciendum, nisi in illa trinitate
summo et incommutabili bono. Ob-
tendum est ergo virtutibus et per
eas fruendum summo bono. Ita
et de voluntate bona dicimus.
c. xxiij
Unde Augustinus in libro x. de trini-
tate ait: Voluntas est per quam
fruimur, ita et per virtutes fruimur.

non eis nisi forte aliqua virtus
sit deus ut caritas de qua tra-

## Epilogus

ctabitur

Omnium igitur que dicta sunt
ex quo de rebus specialiter tracta-
vimus hec summa est quia alie sunt
quibus fruendum est alie quibus
utendum est alie que fruuntur et
utuntur et inter eas quibus uten-
dum est ecclesia quedam sunt per
quas fruimur ut virtutes et po-
tentie animi que sunt naturalia
bona de quibus omnibus antequam
de signis tractemus agendum est
at primum de rebus quibus frue-
dum est scilicet de sancta atque indivi-
dua trinitate

## De mysterio trinitatis et unitatis

Hoc itaque vera ac pia fide

tenendum est quod trinitas sit unus
et solus verus deus ut ait Augu-
stinus i. li. de trini. scilicet pater et filius
et spiritus sanctus et hec trinitas uni-
us eiusdem quoque substancie vel es-
sencie dicitur creditur et intelligitur
que est summum bonum quod purga-
tissimis mentibus cernitur. Mentis
enim humane acies invalida in
tam excellenti luce non figitur nisi
per iusticiam fidei emundetur. Idem
in libro retracta. Non approbo
quod in oracione dixi. Deus qui
non nisi mundos verum scire volui-
sti. Responderi enim potest multos esse
iam non mundos multa scire vera. De
hac re ergo summa et excellenti-
ssima cum modestia et timore agen-
dum est et attentissimis animis

atq; deuotis audiendus ubi queri
tur unitas trinitatis patris scz et
filii et spiritus sancti quia nec periculosi
us alicubi erratur nec laboriosi
us aliquid queritur nec fructuo
sius aliquid inuenitur. Proinde
omnis qui audit et legit ea que
de inestabili et inaccessibili luce
diuinitatis dicuntur studeat imi
tari atq; seruare quod uenera
bilis doctor Augustinus in i. li.
de trinitate de seipso ait. Non pige
bit me inquit sicubi erro disce
re. Quisquis ergo audit hoc uel
legit ubi pariter certus est pergat
mecum ubi pariter hesitat querat
mecum ubi errorem suum cognoscit
redeat ad me ut ubi mecum reuocet
me. Ita ingrediamur simul caritatis

hesito querere nec pu
bit sicubi

viā/ tendentes ad eū/ de quo dictū
est Querite faciem eius semp̄

## Que fuerit intēcō scribē tiū de trinitate

Omnes aūt catholici tractatōes
vt in eodem i libro Augu. ait
Qui de trinitate (que deus est) scr̄
pserunt hoc intenderūt/ rm̄ scri
pturas docere/ q̄ pater filius et
et spūs sctūs/ vnus sint substan
cie/ et inseparabili equalitate/ vnus
sint deus/ vt sit vnitas in essencia
et pluralitas in personis/ ideo
q̄z nō sunt tres dii/ sed vnus de
us/ licet pater filius genuerit/ et
ideo filius nō sit q̄ pater est/ fi
lius q̄z a p̄re sit genitus/ et ideo
pater nō sit qui filius est/ et spi
ritus sctūs nec pater sit/ nec filius
s̄z tm̄ patris et filii spiritus

Utriqz coequalis et ad trinitatis per
tinēs unitatē. Teneamus ergo prē
et filiuz et spm̄ sctm̄ unū esse natu
raliter deuz ut ait Augu. in li. de
fide ad petrum. Neqz tn̄ ipm̄ prē
esse qui filius est nec filiuz ipm̄
esse q̄ pater est nec spm̄ sctm̄ ipz
esse q̄ pr̄ est aut filius. Una est
em̄ patris et filii et spūs scti essen
cia quā greci homousion uocant
in qua nō est aliud pr̄ aliud filius
aliud spūssctus quāuis sit persona
liter alius pater alius filius ali
us spiritus sanctus

## Quis ordo sit seruādus cū de trinitate agitur

Ceterum ut in primo li. de trini.
Augu. docet primo rm̄ auctorita
tes sanctarum scripturarum utrum
fides ita se habeat demōrandū est

Deinde aduersus garrulos ratiocina-
tores, elatiores magis quam capaciores
rationibus catholicis, et similitudini-
bus congruis, ad deffensionem et as-
sertionem fidei utendum est, ut eorum
inquisitionibus satisfacientes, man-
suetos plenius instruamus, et illi, si
nequiuerint inuenire, quod queruntur
de suis mentibus, potius quam de ipsa
ueritate, uel de nostra dissertione con-
queranter. Testimonia sanc-
torum de trinitate. d.

Proponamus ergo in medium uete-
ris ac noui testamenti autoritates,
quibus diuine unitatis, atque trini-
tatis ueritas demonstretur, ac pri-
mum ipsa legis exordia occurrant.
Vbi Moyses ait: Audi israel dominus deus
tuus deus unus est. Item ego sum

dns deus tuus qui eduxi te de terra egi-
pti non erunt tibi alii dii preter me
Ecce hic significauit unitatem divi-
ne nature Deus enim et dominus
ut ait Ambro. in primo li. de trini-
tate nomen est nature nomen est potesta-
tis Item alibi deus loquens ad moysen
ait Ego sum qui sum et si quesierit
nomen meum vade et dic eis Qui est
misit me ad vos Dicens enim Ego sum
sum non nos sumus et qui est non
qui sumus aptissime declarauit u-
num solum deum esse Nam cantico eci-
am Exodi legitur dns ops nomen
eius Non ait domini unitatem vo-
lens significare Personarum quoque
pluralitatem et naturam unitatem sic
ostendit dns in Gen dicens Faciamus
hominem ad imaginem et similitudinem

nostram. Dicens enim faciamus, et
nrām pluralitatē personarū ostē-
dit. Dicēs vero ad imaginē, vnitatem
essentie. Vt enim dicit Augu. in li. de
fide ad petrū. Si in illa natuā pa-
tris, et filij, et spūs scti, vna esset
tm̄ persona, nō diceretur faciamus
hominem ad imaginē et similitudinē
nostrā. Cum enim dicit ad imaginē
ostendit vnā naturā esse, ad cuius
imaginē homo fieret. Cū vero dicit
nrām ostendit eundem deū, nō v-
nā, sz plures esse personas.

Aperte ondit q nec solitu-
do nec diuersitas nec si-
gulaitas ibi ē sz similitudo

Hilarius qz in li. iij de tri. di-
cit his vis significari q in trini-
tate nec diuisitas est nec singula-
ritas vel solitudo sed similitudo et

pluralitas sive distinctio. Ait enim sic
Qui dixit faciamus hominem ad ima-
ginem et similitudinem nostram invi-
cem esse sibi similes in eo quod dicit ima-
ginem et similitudinem nostram ostendit.
Imago enim sola non est et similitudo
non sibi est neque diversitatem duobus
admisceri alterius ad alterum similitudo
permittit. Item idem in iiii lib. Ab-
solutius volvit intelligi significationem
hanc non ad se esse referendam tantum
dicendo faciamus hominem ad imagi-
nem et similitudinem nostram. Prosecutio
enim consortii sustulit intelligentiam
singularitatis quia consortium aliquod
nec potest esse sibi ipsi solitario neque
rursum solitudo solitarii recipit fa-
ciamus neque quisquam alieno a se loqui-
tur nostram. Uterque ergo sermo

faciamus et nostram ut solitarium eun-
demque non patitur ita neque diversum
a se alienumque significat. Solitario con-
venit faciam et meam. Non solitario ve-
ro convenit dicere faciamus et nostram
uterque sermo ut non solitarium tantum
ita neque differentem esse vel diversum
esse significat. Nobis quoque nec solitarius
nec diversus est confitendus. Ita ergo
deus ad coem sibi cum deo imaginem
~~eandem~~ eandemque similitudinem homi-
nem reperitur operari ut nec signifi-
catio efficientis admittat intelligentiam
solitudinis nec operatio constituta ad
eandem imaginem vel similitudinem
patiatur diversitatem divinitatis.
An his verbis hilarius plurali-
tatem personarum voluit intelligi
nomine consortii atque consignificat

nomine consortii vel pluralitatis non
poni aliquid sed removeri. Plurali
tas enim vel consortium personarum
cum dicitur solitudo vel singularitas
negatur. Cum dicimus plures esse per
sonas significamus quod non est una
sola. Ideo hilarius volens ista
subtiliter et sane intelligi ait. Pro
fessio consortii sustulit intelligen
tiam singularitatis. Non dicit posu
it aliquid. Ita etiam cum dicimus tres
personas singularitatem et solitudi
nem tollimus. Et quod pater non est solus
nec filius est solus nec spiritus sanctus est
solus significamus. Et quod nec pater tantum est
et filius nec pater tantum et spiritus sanctus
nec filius tantum et spiritus sanctus. De
hoc autem in sequenti plenius agetur. Ubi
etiam secundum quod similes dicantur

tres persone et vtrum aliquo modo
sit ibi diuersitas vel dra ostendetur.

## Ad idem qd cepat redit ut alias auctoritates suppōt

Nunc vero ad propositum redeamus
et ad ostendendum personarum plura-
litatem atque essencie diuine vnitatem
Alias sctorum auctoritates inducamus
Moyses dicit In principio creauit
deus celum et terram per deum
significans patrem per principium fili-
um et pro eo qd apud nos deus dr
hebraica veritas habet heloym qd
est plurale huius singularis qd est
hel Qd ergo non est dictum hel qd est
deus sz heloym qd interpretari
potest dii sine iudices ad plura-
litatem personarum refertur

Ad quam etiam illud attinere videtur quod
dyabolus per serpentem dixit Eritis
sicut dii. Pro quo in hebraico ha
betur helonim, ac si diceret Eritis si
cut divine persone. Ille etiam maximus
Pharus et regus David, qui suas
ceteris prefert intelligentiam dicens
Super senes intellexi, unitatem di
vine nature ostendens ait. Dominus no
men est illi, non dicit dominum. Alibi eti
am eiusdem unitatem et eternita
tem simul ostendens, ait ex persona
dei Israel si me audieris, non erit
in te deus recens, neque adorabis
deum alienum. Aliud horum ut di
cit ambro. in li. j. de tri. signi
ficat eternitatem, aliud unitatem
substantie, indifferentis, ut neque

posteriorem patre/ neque alterius divini-
tatis filium vel spiritum sanctum esse credamus/
Nam si patre posterior est filius/ vel spi-
ritus sanctus recens est/ et si unius non
est divinitatis/ alienus est. Sed nec
posterior est/ quia recens non est/ nec ali-
enus/ quia ex patre natus est filius/ ex
patre procedit spiritus sanctus. Alibi quoque
distinctionem personarum insinuans
ait. Verbo domini celi firmati sunt
et spiritu oris eius omnis virtus eorum
Alibi etiam ait Benedicat nos deus/ de-
us noster benedicat nos deus/ et metuant
eum omnes fines terre. Trina enim confe-
ssio dei/ trinitatem exprimit persona-
rum/ unitatem vero essentie aperit/
cum singulariter subiungit eum. Esai-
as quoque dicit se audisse seraphim

clamancia Sctus sanctus sctus dns
deus Per hoc qz dicit ter sanctus
trinitatem significat p hoc qd sb
dit dns deus vnitatem essencie
Dauid qz eternaz filii generacom
apte insinuat ex persona filii di
cens Dns dixit ad me filius meus
es tu ego genui te De hac gene
racone ineffabili Esaias ait Ge
neracom eius quis enarrabit In
libro qz Sap eternitas filii cu pa
tre monstratur vbi sapia ita lo
quitur Dominus possedit me ab
inicio viarum suarum antequam quit
quam faceret a principio ab eter
no ordinata sum antequam tra fie
ret nec dum erat abyssi et ego iam
concepta eram nec dum fontes.

nec dum montes / aut colles et ego
perturiebar / adhuc terram non fecerat
et cardines orbis terre / quando preparabat
celos aderam / quando appendebat funda
menta terre / cum eo eram cuncta com
ponens / et delectabar per singulos
dies / ludens coram eo / Ecce apertum
de eterna genitura testimonium
quo ipsa sapientia perhibet se ante
mundum conceptam esse / et parturi
ri genitam / et apud patrem eter
naliter existere / Ipsa etiam alibi ait
Ego ex ore altissimi prodii primo
genita / ante omnem creaturam / Mi
cheas quoque propheta / eternam verbi ge
nerationem / et temporalem / ex Maria filii
insinuavit dicens / Et tu bethleem
Ephrata / parvulus es in milibus

Ca. 7m

Ca. 8m

inda. Ex te egredietur q̄ sit domi
nator in isrl. Et egressus eius ab ini
cio a diebus eternitatis

## Spalia testiōia de spū s.

De spū scto etiā expressa documē
ta in ve. testa. habemus. In Gen.
em legitur Spus dni ferebat su
per aquas. Et dauid dicit Quo ibo
a spū tuo. In libro Sap. dr Sspi
ritus sctus disciplinę effugiet fi
ctum benignus est em spus sapi
entie. Esa. q̄ ait spus domini
super me.

## De testimoniis noui te
stamenti

Nūc uero post testimonia vete
ris testamenti de sancte fide
trinitatis et vnitatis ad noui
testamēti auctoritates accedamus

ut in medio duorum animalium testa-
mentorum cognoscatur veritas et
forcipe de altari sumatur calculus
quo tangunt ora fidelium. Dominus ita-
que trinitatem divine essentie
ac personarum trinitatem aperte in-
sinuat dicens apostolis: Ite baptiza-
te omnes gentes in nomine patris et
filii et spiritus sancti. In nomine utique
ait ut Ambro. ait in i. li. de tri-
no in nominibus ut unitas essentie
ostendatur per nomina tria que su-
sposuit, tres personas esse decla-
ravit. Ipse etiam ait: Ego et pater
unum sumus. Unum dixit ut ait Am-
bro. in eodem ne fiat discretio
potestatis sive nature. Et addidit sumus
ut patrem filium que cognoscat. Et

ut perfectus pater filium perfectum
genuisse credatur et quod pater et filius
unum sint non confusione persone sed
unitate nature. Johannes quoque in epi-
stola canonica ait. Tres sunt qui
testimonium perhibent in celo, pater
verbum et spiritus sanctus. Et hii tres
unum sunt. Ipse etiam in initio sui
ewangelii ait. In principio erat
verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. Ubi aperte o-
stendit filium semper et eterna-
liter fuisse apud patrem ut alium
apud alium. Apostolus quoque aperte trini-
tatem distinguit dicens. Misit deus
spiritum filii sui in corda nostra et ali-
bi. Si spiritus eius qui suscitavit ie-
sum habitat in nobis

Item alibi trinitate atque unitate
evidentissime commendat dicens. Quoniam
ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omni-
a. ipsi gloria. Ex ipso ait ut Augu-
stinus li. de tri. ait propter patrem per i-
psum dicit propter filium in ipso pro-
pter spiritum sanctum. Per hoc vero quod non
ait ex ipsis per ipsos et in ipsis nec
ait ipsis gloria sed ipsi insinuavit hanc
trinitatem unum deum esse. Sed quia
singule pene syllabe novi testa-
menti hanc ineffabilis unitatis
atque trinitatis veritatem concorditer
insinuant inductioni testimoniorum
super hac re super sedeamus et ra-
tionibus congruisque similitudini-
bus ita esse prout infirmitas no-
stra valet ostendamus

Incipit ostende quo per creaturam potuerit cognosci creator

Apostolus namque ait quod invisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque virtus eius et divinitas. Per creaturam mundi intelligitur homo propter excellentiam qua excellit inter alias creaturas ut angelus excludatur qui est nobilioris nature vel propter convenientiam qua habet cum omni creatura. Homo ergo invisibilia dei intellectu mentis conspicere potuit vel etiam conspexit per ea que facta sunt, scilicet per creaturas visibiles vel invisibiles.

A duobus enim iuvabatur scilicet a natura que rationalis erat et ab operibus a deo factis ut manifestaretur

homi veritas. Ideoq; aplus dixit

Quia deus revelavit illis. s. dum

fecit opera in quibus artificis ali-

quatenus relucet iudicium

## Prima racio vel modus quo potuit cognosci deus

Nam sic ait Ambrosius. Ut deus

q natura invisibilis est etiam a

invisibilibus posset sciri ~~et ille de-~~

~~us omni esse crederetur q hoc fecit~~

opus fecit quod opificem invisi-

bilitate sui manifestavit ut per creatum increatum vel

p certum incertum possit sciri et il-

le deus omni esse crederetur q hoc

fecit. qd ab homine impossibile est

fieri. Potuerunt ergo cognoscere sine

cognoverunt. ultra omnem creatu-

ram esse illum qui ea fecit q nul-

la creaturarum facere vel destruere

valet. Vnde Augustinus. Accedat que-
cumque vis creatura et faciat tale
celum et terram et dicam quia deus est.
Sed quia nulla creatura talia fa-
cere valet constat super omnes
creaturas esse illum quem ea fecit. Ac
per hoc illum esse deum humana
mens cognoscere potuit.
Secunda ratio qua potuit co-
gnosci vel modus quo
noverunt.
Alio etiam modo dei veritatem du-
ctu rationis cognoscere potuerunt
vel etiam cognoverunt. Vt enim Au-
gustinus ait in li. de civi. dei
Viderunt summi philosophi nullum cor-
pus esse deum et ideo cuncta cor-
pora transcenderunt querentes
deum. Viderunt etiam quicquid mutabi-
le est non esse summum bonum

deum omnium quoque principium et ideo omnes
animam mutabiles quoque spiritus transcen
derunt. Deinde viderunt omne quod
mutabile est non posse esse nisi ab
illo qui incommutabiliter et sim
pliciter est. Intellexerunt ergo eum
et omnia ista fecisse et a nullo fi
eri potuisse.

## Tercia ratio vel modus

Consideraverunt etiam quicquid est in
substanciis ut corpus esse vel spi
ritum melius quoque aliquid spiritum
esse quam corpus sed longe meli
orem qui spiritum fecit et corpus.

## Quartus modus vel ratio

Intellexerunt etiam corporis speciem
esse sensibilem et spiritus speciem intel
ligibilem et intelligibilem speciem
sensibili pretulerunt. Sensibilia

dicimus quod visu tactu quoque corporis
sentiri queunt. Intellibilia que con-
spectu mentis possunt intelligi. Cum ergo
in eorum conspectu et corpus et
animus magis minusque speciosa
essent, si autem omni specie carere possent,
omnino nulla essent, viderunt esse aliquid
quod quo illa speciosa facta sunt, ubi
est prima et incommutabilis species,
ideoque incomparabilis, et illud esse prin-
cipium rerum rectissime crediderunt, quod
factum non esset, et ex quo cuncta
facta essent. Ecce tot modis potu-
it veritas dei. Cum ergo deus una
sit et summa essentia, que ex nulla
diversitate parcium vel accidencium
consistit, pluraliter tamen dicit apostolus
invisibilia dei, quia pluribus mo-
dis cognoscitur veritas dei, per

Per ea que facta sunt. Ex perpetu-
itate namque creaturarum intelligitur
conditor eternus. Ex magnitudine cre-
aturarum omnipotens. Ex ordine et
dispositione sapiens. Ex gubernatio-
ne bonus. Hec autem omnia ad unita-
tem deitatis pertinet monstrandam.

## Quomodo in creaturis appa-
## ret vestigium trinitatis

Nunc restat ostendere utrum per ea
que facta sunt aliquid trinitatis vestigium
vel indicium exiguum haberi potuerit.
De hoc Augustinus in li. vi de trini-
tate. Oportet ut creatorem per ea que
facta sunt intellectu conspicientes tri-
nitatem intelligamus. Huius enim tri-
nitatis vestigium in creaturis apparet.
Hec enim que arte divina facta sunt
et unitatem quandam in se ostendunt
et speciem et ordinem. Ita quodque horum

omnis res creata est hec
- esse terminatum — mensura seu modus
- esse distinctum — species seu numerus
- esse ordinatum in finem vel in actionem — ordo seu pondus

creatorum et unum aliquid est, sicut sunt
nature corporum et animarum et ali-
qua specie formantur, sicut sunt figure
vel qualitates corporum ac doctri-
ne vel artes animarum et ordine aliquem vel locum proprium
extra ipsum ~~aliquem~~ petit aut tenet, sicut sunt
pondera vel collocationes corporum
et amores vel delectationes anima-
rum et ita in creaturis prelu-
cet vestigium trinitatis. In illa
enim trinitate summa origo est omnium
rerum et perfectissima pulcritu-
do et beatissima delectatio. Sum-
ma autem origo ut Augustinus ostendit
in libro de vera religione in-
telligitur deus pater a quo sunt omnia
a quo filius et spiritus sanctus. Per-
fectissima pulcritudo intelligi-
tur filius scilicet veritas patris. Nulla

ex parte ei dissimilis, quem cum ipso
et in ipso patre veneramur, quia for
ma est omnium, quia ab initio facta sunt et
ad unum referuntur. Que tamen omnia
nec fierent a patre per filium, neque
suis finibus salva erunt, nisi deus
summe bonus esset, qui et nulli nature
que ab illo bona erat, invidit, et
ut in bono ipso maneret, alia quan
tum vellet, alia quantum posset, dedit.
Que bonitas intelligitur spiritus sanctus
qui est donum patris et filii, quam
ipsum donum dei, cum patre et filio
eque incommutabile, colere et tenere
nos convenit. Per considerationem
itaque creaturarum unius substantie
trinitatem intelligimus, scilicet unum
deum patrem a quo sumus, et
filium per quem sumus, et spiritum sanctum

in quo sumus, scilicet principium ad quod
recurrimus, et formam quam sequimur
et gratiam quam reconciliamur, unum scilicet quo
auctore conditi sumus, et similitudi-
nem eius, per quam ad unitatem refor-
mamur, et pacem qua unitati ad-
heremus, scilicet deum qui dixit fiat lux et ver-
bum, per quod factum est omne quod
substantialiter et naturaliter est, et do-
num benignitatis eius, qua pla-
cuit quod ab eo per unum factum est et
reconciliatum est autori, ut non in-
terierit. Ecce ostensum est qualiter in
creaturis aliquatenus imago trini-
tatis indicatur. Non enim per creatura-
rum contemplationem sufficiens
notitia trinitatis potest haberi, ut potu-
it sine doctrina, ut interiorem in-
spirationem revelationem. Unde illi

antiqm phi quasi per ymbra et

de longinquo ꝑpiderit veritate de

ssurien in rotuntu trinitatis vt ma

gi pharaonis in terco signo Adm

uamur in fide inuisibilium p ea

que facta sunt

Quo in ama sit imago trinitatis

Cum vero ad eam ia perueniu

disputacom/ubi in mite humana

que nomt deus/uel potest nosse/&

nitatis imagines reperiamus/De

em Aut Augu· in xiiij· li· de trin·

uret humana mens/no sit eius ma

tuet/omo deo deus est/imago in il

hius/quo mt melius est/ubi queren

da et muenienda est/quo natura no

stra mt habet melius/ in mente

Sin vpa ea mite angs sit partici

deus posset dubitari

deus

deus

deus

et si em amissa dei participatione

deformis sit imago dei in peccato

to em ipa imago dei est mens quo

rapax eius est eiusq; capax esse

potest nam ga in ea trinitas q de

us est maxima fecit em mens me

mini sui intelligit se diligit se

hoc si tres tres trinitatem

no dum quide deus sed imagines

dei ipse em quedam apparet tri

nitas memorie intelligentie et amo

her ipa trea potissimum in tres her ergo tria ut singu aut

tractemus memoria mihi se

generaliter voluntatem

Tho ng de vitare de mihi

ipsum ostendat qz vno a

mentem una et solutas sunt vna

vita una mens una essentia

Et hy oz qz et hr ipo dicta ng una

est mens et vita et essentia qz et ipsa

ipa vno et vita et essentia vna

dicit ad aliqd et dicit vt pe

et ipse q2 eius tres esse qz

importat ng nisi dicta st

ut pr filius et dicit et spiritus

ea qz dicta una ad se mpo

mihi Et qualiter eorum qua

rum sta differunt essentia

est Ut ehy amici et tria

sunt mihi simul sufficiunt dicta

hy rationaliter ng est sua dicta

q2 mihi sufficit a de sibi ea

qz imposita sunt ab aliis hy

a de qd hy a se respectu mul

tis separabile est ideo ng

qz mihi sufficit a de sibi ipsi

hy ab aliis hy ab illo de

mens et essentia et quicquid aliud

hz natura creatur qz aliud et aliud

una oritur ab alia Ita que ehy

sunt simul sunt ab esse sine una

hy sunt mediate alia ut dicebat

hr et nomen

sed una una mens tres mentes una

mens una essentia memoria vero

dicit ad aliqd et intelligentia et

voluntas simul dicitur sibi ad ali

quid dicitur vero dicit ad seipam

Hec ergo tria, eo unum sunt, quo u-
na vita, una mens, una essen-
cia, et quicquid aliud ad seipsa
singula dicuntur, etiam simul non
pluraliter sed singulariter dicun-
tur. Eo vero tria sunt, quo ad
se invicem referuntur.

## Quo equalia sint quia capiuntur a singulis omnia et tota

Equalia etiam sunt non solum sin-
gula singulis, sed etiam singula o-
mnibus. Alioquin non se invicem
caperent, se autem invicem capiunt.
Capiuntur et a singulis singula
et a singulis omnia. Memini enim me
habere memoriam, et intelligentiam
et voluntatem, et intelligo me in-
telligere et velle, atque meminisse, et ve-
lo me velle et meminisse et intelligere.

## Quomodo illa tria tota memoria capiat

Totamque meam memoriam et intelligentiam et voluntatem simul meum. Quod enim memorie mee non meum, illud non est in memoria mea. Nil autem tam in memoria est quam ipsa memoria. Tota ergo meum. Item quicquid intelligo intelligere me scio et scio me velle quicquid volo, quecquid autem scio meum. Totam ergo intelligentiam totamque voluntatem meam.

## Quomodo illa tria tota capiat memini intelligentia

Similiter cum hec tria intelligo, tota simul intelligo, neque enim quicquam intelligibilium est, quod non intelligam, nisi quod ignoro.

Quod autem ignoro nec memini nec
uolo. Quicquid ergo intelligibili-
um non intelligo consequenter eci-
am nec memini nec uolo. Quicquid
ergo intelligibilium memini et uo-
lo consequenter intelligo.

## Quomodo illa tota capiat uoluntas

Uoluntas mea etiam totam intelli-
gentiam totamque meam memoriam
capit. Dum utor toto eo quod intelli-
go et memini. Cum itaque inuicem a
singulis et omnia et tota capiantur
equalia sunt tota singula
totis singulis et tota singula sit
omnibus totis. Et hec tria unum
una uita una mens una esse-
cia. Ecce illius summe unitatis
atque trinitatis ubi una est essencia

et tres persone imago est huma-
na mens licet impar. Mens aut
hic pro animo ipso accipitur ubi est
illa imago trinitatis proprie vero
mens dicitur ut ait Augustinus non ipsa
anima sed quod in ea est excellenci-
us qualiter sepe accipitur. Illud
etiam sciendum est quod memoria non
solum est absencium et preteritorum
sed etiam presencium ut ait Augustinus in
xiiii li. de tri. alioquin non se totam caperet

## Ex quo sensu illa tria dicantur esse unum et una essencia queritur

Hic autem attendendum est diligenter
ex quo sensu accipiendum sit quod
supra dixit illa tria scilicet memori-
am intelligenciam et voluntatem
esse unum unam mentem unam esse-
nciam quod utique non videtur esse

Verum iuxta proprietatem sermonis

Mens enim x spiritus rationalis essen-
cia est spiritualis et incorporea. Illa
vero tria naturales proprietates seu vi-
res sunt ipsius mentis et a se
invicem differunt quia memoria non
est intelligencia vel voluntas nec
intelligencia vel voluntas sive

Quia eciam ad se invicem dicuntur relative

Et hec tria eciam ad seipsa refe-
runtur ut dicit Augustinus in ix li. de
trinitate. Mens enim amare seipsam
vel meminisse non potest nisi eciam nove-
rit se. Nam quomodo amat vel memi-
nit quod nescit. Miro itaque modo
tria ista inseparabilia sunt a sei-
psis et tamen eorum singulum et si-
mul omnia una essencia est. Cum et
relative dicantur ad invicem

hic aperitur qd supra
querebatur s. quo hec
tria dicantur unum

Sed ia uidendu est quo hec
tria dicantur una sba. Nō qz
s. in ipa aīa uel mēte substa-
ciali existūt nō sicut accīa in
subctis q̄ pnt adesse uel abēe
Vn Augu in ix li de trini
ait Admonemur si ut cūqz vi-
dē possimus hec in aīo existere
substancialr non tanqz in subcto ut
color in corpe qz et si relatiue
dicūtur ad inuicē singla tn sub-
stancialr sunt in sba sua Ecce ex
quo sensu illa tria dicantur esse
unū uel una sba Que tria ut
Augu ait in xv li de trini
in mente nalr diuinitus istitu

quiquis vmaciter perspicit et
quam magnum sit in ea vnum pt etiam
sempiterna immutabilis quoque natura re-
coli conspici concupisci. Reminiscitur
enim per memoriam intuetur per in-
telligentiam amplectitur per dilectionem
Profecto reperit illius summe tri-
nitatis imaginem

## Quia in illa similitudine est dissimilitudo

Verum tamen caueat ne hanc ima-
ginem ab eadem trinitate factam
ita ei comparet ut omnino existi-
met similem sed potius in qua-
licumque ista similitudine magnam
quoque dissimilitudinem cernat

## Prima dissimilitudo

Quod breuiter ostendi potest homo v-
nus per ista tria meminit diligit
intelligit quod nec memoria est

Nec intelligentia, nec dilecto, sed hec
habet, unus ergo homo est, quia hec
habet tria, nec ipse est hec tria.
In illius vero summa simplicita-
te natue, que deus est, quamvis u-
nus sit deus, tamen tres persone sunt
pater et filius et spiritus sanctus:
et hec tres persone sunt unus deus
Aliud est itaque trinitas res ipsa
Aliud imago trinitatis in re alia
propter quam imaginem etiam illud
in quo sunt hec tria imago dicitur
scilicet homo. Sicut imago dicitur et ta-
bula et pictura que est in ea. Sed ta-
bula nomine imaginis appellatur
propter picturam que est in ea.

## Altera dissimilitudo

Rursus ista imago que est homo
habens illa tria una persona est

Illa uero trinitas non una persona
est sed tres persone pater filii et fi-
lius patris et spiritus patris et filii
Itaque in ista imagine trinitatis
non hec tria unus homo sed unus
hominis sunt. In illa uero sum-
ma trinitate cuius hec imago est
non unus dei sunt illa tria sed
unus deus et tres sunt ille per-
sone non una persona. Illa
enim tria non homo sunt sed hominis
sunt ut in homine sunt. Sed nunc
quid possumus dicere trinitatem
sic esse in deo ut aliquid dei
sit nec ipsa sit deus. Absit ut hoc
credamus. Dicamus enim in mente
nostra imagine trinitatis sed exi-
gua et qualecumque esse quam sum-
me trinitatis ita gerit similitudinem

ut ex maxima parte sit dissimilis

Sciendum vero est quod hec trinitas mentis ut ait Augu. in xiiii li. de trini. non propterea tantum imago dei est quia sui meminerit mens et intelligit ac diligit se sed quia potest etiam meminisse et intelligere et amare illum a quo facta est

## Alia assignatio trinitatis in anima scilicet mens noticia amor

Potest etiam alio modo aliisque nominibus distingui trinitas in anima que est imago illius summe et ineffabilis trinitatis ut enim ait Augu. in ix li. de tri. Mens et noticia eius et amor tria quedam sunt Mens enim novit se et amat se nec amare se potest nisi etiam noverit se Duo quedam sunt

mens et noticia eius. Item duo
quedam sunt mens et amor eius
Cum ergo se novit mens et amat
se manet trinitas scilicet mens amor
et noticia. Mens autem hic accipitur
non pro anima sed pro eo quod in a-
nima excellencius est. Hec autem tria
cum sint distincta a se invicem di-
cuntur tamen esse unum quia in a-
nimo substancialiter existunt

Quia mens vice patris
noticia filii amor spiri-
tus sanctus accipitur

Et est ipsa mens quasi parens et
noticia eius quasi proles eius
Mens enim cum se cognoscit no-
ticiam suam gignit et est sola pa-
rens sue noticie. Tercius est amor
qui de ipsa mente et noticia pro-
cedit dum mens cognoscit se et

diligit se / nō enim posset se diligere
nisi cognosceret se. Amat etiam
placitam prolem .x. noticiam suam
et ita amor quidam complexus
est parentis et prolis

Quod nō est minor mente
noticia nec amor vtroque

Nec est minor proles parente
B. dum tantam se nouit mens
quanta est. nec minor est amor
parente et prole .x. mente et no-
ticia. dum tantum se diligit mens
quantum se nouit et quanta est

Quod hec tria in seipso sunt

Sunt etiam hec singula in sei-
ipsis. quia et mens amans in amore
est. et amor in amantis noticia
diligit. et noticia in mente
noscente est. Ecce in his.

Tribus qualemcumque vestigium
trinitatis apparet

## Quomodo mens per ista proficiat ad intelligendum deum

Mens itaque rationalis conside-
rans hec tria et illam unam essen-
ciam in qua ista sunt extendit
se ad contemplacionem creatoris
et videt unitatem in trinitate
et trinitatem in unitate. Intelli-
git enim unum deum esse unam esse-
ciam unum principium. Intelligit
enim quia si duo essent vel uterque
insufficiens esset vel alter superflu-
eret quia si aliquid deesset uni
quod haberet alter non esset ibi
summa perfectio. Si vero nil uni
deesset quod haberet alter cum in
uno essent omnia alter superflueret.
Intellexit ergo unum esse deum

omni auctore et iudit quia absque sa-
pientia non sit quasi res fatua et
ideo intellexit eum habere sapientiam
que ab ipso genita est et quia sa-
pientiam suam diligit intellexit
etiam ibi esse amorem

## Hic de summa trinitatis unitate

Qua propter iuxta istam consi-
derationem ut ait Augustinus in ix
libro de trinitate credamus pa-
trem et filium et spiritum sanctum
unum esse deum universe creature
conditorem et rectorem nec patrem
esse filium nec spiritum sanctum vel pa-
trem esse vel filium sed trinitatem esse
relatarum adinvicem personarum ut
enim ait ipse in libro de fide ad
petrum una est natura sive

essentia patris et filij et spiritus
sancti / non vna persona Si enim sic
esset vna persona / sicut est vna
substantia patris et filij et spiri-
tus sancti / ueraciter trinitas non
diceretur Rursus quidem tri-
nitas esset uera / sed vnus deus
trinitas ipsa non esset / si quem-
admodum pater et filius et spiritus
sanctus personarum sunt ab inui-
cem proprietate distincti / sic fuissent
quoque naturarum diuersitate di-
screti / Fides autem patriarcharum pro-
phetarum / atque apostolorum vnum de-
um predicat / trinitatem esse In il-
la ergo sancta trinitate vnus est
deus / pater qui solus essentialiter de
seipso filium vnum genuit / et v-
nus filius est / qui de vno patre

solus essentialiter natus est et unus
spiritus sanctus qui solus essentialiter
a patre filioque procedit. Hoc autem
totum non potest una persona facere i. gi-
gnere se et nasci de se et procedere
de se. Ut enim ait Augustinus in j. li.
de tri. Nulla res est que sei-
ptum gignat ut sit

## Hic queritur utrum con-
## cedendum sit quod deus
## se genuerit

Quarta distinctio

Hic queritur questio sa-
tis necessaria. Constat
enim et ineffabiliter est verum quod deus
pater genuit filium. Deo queritur
utrum concedendum sit quod deus
genuit deum. Si enim deus genu-
it deum videtur quod aut se deum
aut alium genuerit. Si vero ali-
um deum genuit non est tantum unus

deus. Si aut seipsum deum genuit aliqua res seipsam genuit. Ad quod respondentes dicimus sane et catholice concedi quia unus unum genuit et quia deus deum genuit quia deus pater deum filium genuit. In simbolo quoque scriptum est lumen de lumine deum verum de deo vero. Quod non additur ergo genuit se deum ut alium deum neutrum concedendum esse dicimus. Quia alius deum non genuit manifestum est quia unus tantum deus est. Quia autem seipsum non genuit ondit Augustinus i. li. de tri. dicens Quam putat eius potentie esse deum ut seipsum ipse genuerit eo plus errant quia non solum deus ita non est sed nec spiritualis nec corporalis

creatura Nulla enim res est que
seipsam dignat ut sit et ideo
non est credendum vel dicendum quod
deus genuit se

## Alia questio de eodem

Sed adhuc opponunt garruli ra-
tionatores dicentes Si deus pa-
ter genuit deum aut genuit de-
um qui est deus pater aut
deum qui non est deus pater Si
genuit deum qui non est pater
ergo deus est qui non deus pater
non ergo unus tantum deus est Si
vero genuit deum qui est deus
pater ergo genuit seipsum Ad
quod respondemus determinantes
istam propositionem quam sic proponunt
Si deus pater genuit deum ~~aut de-~~
~~us pater~~ aut deum qui ~~non~~ est deus

pater, aut deum qui non est deus pater.
Hoc enim sane et praue intelligi
potest. Et ideo respondendum est ita. Deus
pater genuit deum qui est ipse pater.
Hoc dicimus esse falsum et conce-
dimus alteram. Si deus genuit deum qui
non est pater, nec tamen genuit al-
terum deum, nec ille qui genitus
est, alius deus quam pater. Sed unus
deus cum patre. Si uero additur ge-
nuit deum qui non est deus pater.
Hoc distinguimus, quia dupliciter
potest intelligi. Genuit deum qui
non est deus pater, scilicet deum filium,
qui filius non est pater, quia deus est.
Hic sensus uerus est. Si uero in-
telligatur sic, genuit deum qui
non est deus pater, id est qui non est
deus, qui pater est, hic sensus

falsus est. Unus enim et idem de-
us est pater et filius et spiritus sanctus
et econverso pater et filius et spiri-
tus sanctus unus est deus

Opinio quorundam dicen-
tium tres personas esse
unum deum unam sub-
stantiam sed non econ-
verso scilicet unum deum vel u-
nam substantiam es-
se tres personas

Quidam tamen veritatis adver-
sarii concedunt patrem et filium
et spiritum sanctum sive tres per-
sonas esse unum deum unam sub-
stantiam sed tamen nolunt concedere
unum deum sive unam substanti-
am esse tres personas dicentes
divinam substantiam predicari
de tribus personis non tres perso-
nas de substantia divina

Fides aut catholica tenet ac
predicat et tres personas esse
vnum deum vnam substanciam siue
essenciam siue naturam diuinam
et vnum deum siue essenciam diui-
nam esse tres personas Vnde
Augu. in i li. de tri. ita ait
Recte ipse deus trinitas intelli-
gitur beatus et solus potens Ecce
quam expresse dixit ipse deus trini-
tas ut ostenderet et ipsum deum
esse trinitatem et trinitatem ipsum
deum Item in eodem In verbis
inquit illis apostoli quibus de
aduentu cristi agens dicit Quem
ostendit beatus et solus potens
rex regum et dominus dominancium
qui solus habet immortalitatem
etc Nec pater proprie nominatus est

nec filius nec spus sctus. sz btus

et solus et potens id est vnus et

solus deus verus qui est ipa tri

nitas. Ecce hic aperte dicit vnum

solum verum deum esse ipam tri-

nitatem et si vnus deus trinitas

est ergo vnus deus et tres pso-

ne. Item in li. v. de tri. Non

tres deos sed vnum deum dicimus

esse ipam prestantissimam trini-

tatem. Item in libro de fide

ad petrum in exposicon simboli

Satis est cristiano rerum creatarum

rarum causam visibilium sive in-

visibilium non nisi bonitate cre-

dere creatoris qui est deus verus

et vnus nullam qz esse naturam

q non aut ipe sit aut ab ipso

eumqz esse trinitatem patrem s

et filiū et spūm sctum Item
Augustinus in sermone de fide
Credimus vnū deū vnā esse di-
uini nominis trinitatem Item in
vi. li. de tri. Dicimus deū so-
lum esse ipam trinitatē Ecce
hiis et aliis plurimis autori-
tatibus euidenter ostenditur di-
cendum esse et credendū q̄ v-
nus deus est trinitas et vna sub-
stancia tres persone sicut et con-
uerso trinitas dr̄ esse vnus de-
us et tres persone dicuntur es-
se vna substancia

## Redit ad premissam questionem scz an deus pr̄ se deū an aliū deū

Nūc ad premissam genuit
questionem reuertamur ubi que-
rebatur an deus pr̄ genuerit se

deū/ an aliū deū. Ad qd dici-
mus/ neutrū fore concedendum
Dicit tn̄ Augu. in epla ad ma-
ximinū/ qz deus pr̄ se alterū
genuit/ his uerbis Pater/ ut
haberet filiū de seipo/ nō mi-
nuit seipum/ sed ita genuit
de se alterū se/ ut totus mane-
ret in se/ et esset in filio tātus
quātus et solus. Qd ita intelli-
gi pt̄ .i. de se alterū a se ge-
nuit/ nō vtiqz alterū deū/ sed
alterā personā/ ut genuit se
alterū .i. genuit alterū q̄ hoc
est/ qd ipe. Nā si aliq sit pa-
ter qz filius ~~[illegible]~~ nō ē tn̄ aliud
hic queritur an pr̄
genuit diuina es[illegible] vnū
sentia ut ipa filiū an
essentia genuit essentia ut
ipa nc genuit nc genita ē

V.

Disti° q̄nta

Ost hec queritur vtrū cō-
cedendū sit, q̄ pater ge-
nuit diuinā essenciā, ut, q̄
diuina essencia genuit filiū,
ut essencia ~~uel~~ genuit essenciā, an di-
no nō genuit, nec genita ē di-
uina essencia. Ad q̄d catholicis
tractatoribꝫ cōsencien dicīꝫ Q̄
nec pr̄ genuit diuinā essenciā,
nec diuina essencia genuit fi-
liū, nec diuina essencia genu-
it essenciā. Hic aūt nomine esse-
cie intelligimꝫ diuinā naturā
que cōis est tribꝫ personis, et
tota in singulis. Ideo nō est
dicendū, q̄ pr̄ genuit diuinā
essenciā, q̄r ~~ergo~~ si pr̄ diceret ge-
nuisse diuinā essenciā, diuina
essencia relatiue diceretur ad

patrem vel pro relativo pone-
retur. Si aut relative diceretur
vel pro relativo poneretur non
indicaret essentia. Ut enim ait
Augu. in v. li. de tri. Quod re-
lative dr non indicat substantia

## Secunda ratio

Item cum deus pr sit divina es-
sentia si eius sit genitor eet
utiqz genitor eius rei que ipe
est. et ita eadem res seipam ge-
nuisset quod augu. negat ut
supra ostendimus

## Tercia ratio et potior

Item si pater est genitor essenti-
e divine cum ipe essentia divina
sit et deus sit eo go qd generat
et est et deus est. Ita go non illud
qd generatur est a patre deus

sed pater eo quod generat et est
deus est et si ita est non genito
gignens sed gignenti genitum causa
est ut et sit et deus sit Si
mili ratione probat Augu in li
vij de tri Quod pater non est sapiens
sapientia quam genuit quia si ea sa
piens est ea est hoc enim est sibi
esse quod sapere Quod si hoc est
sibi esse quod sapere non per illam
sapientiam quam genuit pater sapiens est
Quid enim aliud dicimus cum di
cimus hoc illi est esse quod sapere
nisi eo est quo sapiens est Ergo
quod causa illi est ut sapiens sit
etiam ipsa illi causa est ut sit Si
ergo sapientia quam genuit illi
causa est ut sapiens sit et causa
illi est ut sit Sed causam patri

qua sit, a patre genita, nullo modo
quisquam dixerit sapientiam, quid enim
est insanius. Ita ergo si pater ge-
nuit essentiam, qua est essentia,
quam genuit, causa est illi, ut sit.
Non ergo ipsam, qua est essenti-
am genuit. Nam in illa simpli-
citate inquit Augustinus, quia non est
aliud sapere quam esse, eadem est ibi
sapientia que essentia. Adeoque
quod de sapientia hoc de essen-
tia dicimus. Sicut ergo non ge-
nuit sapientiam, qua sapiens est,
ita nec essentiam, qua est. Ut enim
sapientia sapiens est, et potenti-
a potens, ita et essentia ipse est.
Eadem quoque sapientia est et potentia quam
essentia. Patet itaque ex predictis quia pater
essentiam divinam non genuit.

Hic aduersari uidetur
Hinc aut uidetur Augu-
contrarium quod Augu. ait in
li. de fide ad petrum. Deus cum
uerbum genuit id quod ipse est
genuit nec de nichilo nec de ali-
qua iam facta condita quoque materia
sed de seipso id quod ipse est. Ite
deus pater qui uerissime indicare
animis cogniturus et uoluit et po-
tuit. Hoc ad seipsum indicandum
genuit quod ipse est qui genu-
it. Ecce aperte dicit his verbis
deum patrem genuisse illud quod
ipse est. Illud aut quod ipse est
non est nisi diuina essentia. Vi-
detur ergo diuinam essentiam ge-
nuisse. Ad quod rndemus illa
sic intelligenda esse dicentes

Pater de seipso genuit illud quod
ipse est id est filium qui est illud
quod pater est Nam quod pater est et
filius hoc est sed non qui pater
est et filius hic est

## Alias partes questionis exequitur

Ita etiam non est dicendum quod di-
uina essencia genuit filium quia
cum filius sit diuina essencia
iam esset filius res a qua ge-
neratur et ita eadem res se-
ipsam generaret Ita etiam dici-
mus quod essencia diuina non ge-
nuit essenciam Cum enim vna et
summa quedam res sit diuina es-
sencia si diuina essencia essenci-
am genuit eadem res seipsam
genuit quod omnino esse non potest
sed pater solus genuit filium et a

Patre et filio procedit spiritus sanctus

## Que videantur esse predictis contraria

Predictis autem videtur contrarium esse quod dicit Augustinus in libro de trinitate. Hoc inquit est deo esse quod sapere. Unde pater et filius simul sunt una sapientia, quia una essentia, et singulatim sapientia de sapientia sicut essentia de essentia. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus sapientiam de sapientia et essentiam de essentia. Ubi videtur significare quod sapientia sapientiam et essentia genuerit essentiam. Idem in libro de fide ad Petrum ait: Sic Christum dei filium et unam ex trinitate personam deum verum crede ut divinitatem

eius de natura patris nata esse
non dubites. Hic videtur dicere
quod natura filii sit nata de natura
patris. Idem in li. xv. de trinita-
te ait. Dicitur filius consilium
de consilio ut voluntas de vo-
luntate sicut substantia de sub-
stantia sapientia de sapientia
Et hic videtur dicere quod substantia sit
genita de substantia et sapientia de
sapientia. Sed hoc ita deteri-
namus sapientia de sapientia
et substantia de substantia et filius qui est sa-
pientia et qui est substantia est de pa-
tre qui est eadem substantia et sapientia
et filius qui est divinitas natus
est de patre qui est natura di-
vina. Et ut expressius dicamus
dicimus filium sapientiam esse de

V

Patre sapiencia et dicimus filium
sbam esse genitum de pre et a
patre sba. Quod autem ita intelligi
debeat Augu. ostendit in li. vii.
de trinitate dicens. Pater ipse
sapiencia est et dicitur filius sb-
stancia sapiencia patris. quomodo
dicitur lumen patris id est sicut
lumen de lumine et uterque unum
lumen sic intelligitur sapiencia
de sapiencia et uterque una sa-
piencia et una essencia. Item
ideo crus dr virtus et sapiencia
dei quia de pre virtute et sa-
piencia etiam ipe virtus et sapien-
cia est sicut ipe lumen de patre
lumine est et ipe fons vite est
apud deum patrem fonte vite
Filius ergo sapiencia de pre

sapientia est sicut filius lumen
de patre lumine et deus filius de
deo patre ut et singulus sit lu-
men et singulus deus et singulus
sapientia et simul unum lumen
unus deus una sapientia Ecce
manifeste his verbis aperit Augu-
ex quo sensu accipienda sunt pre-
dicta verba et his similia s. cum dr
sba de sba ut substantia ge-
nuit substantiam

Quod videtur predi-
cte expositioni contrarium

Huic vero etiam id contrarium
videtur quod hilarius ait in iiii
li. de trini. Nichil inquit na-
tum habet filius et geniti hono-
ris admiratio in honore gene-
rantis est Cum ergo filius

essentiam habeat tota enim in eo
est divina essentia videtur quod
ipsa divina essentia nata sit. Item
in v. li. Ait. Nativitas de-
i non potest eam ex qua provecta
est non tenere naturam nec enim ali-
ud quam deus subsistit quod non ali-
unde quam de deo subsistit. Ecce
hic dicit nativitatem dei prove-
ctam ex natura. Et ita videtur ex he-
verbis atque predictis natura de-
i et genita genuisse. Quod aperti-
us dicit in li. ix de tri. Nos in-
quit unigenitum deum in forma
dei manentem in natura dei ma-
nsisse profitemur nec unitatem
formae servilis in naturam divi-
nae unitatis refundimus. Nec
rursum corporali insinuacione pre-

in filio predicamus. Sed ex eo
eiusdem generis genita naturam
naturaliter in se gignente habu-
isse naturam que in forma natu-
re se gignentis manens formam
nature et infirmitatis corporalis
accepit. Non enim defecerat dei na-
tura ne esset, sed in se humilita-
tem terrene nativitatis manens
sibi dei natura susceperat gene-
ris sui potestatem in habitu assum-
pte humanitatis exercens. Ec-
ce hic aperte dicit et naturam
genuisse et naturam genitam
et naturam assumpsisse naturam
quod a plerisque negatur. Item
in eodem. Numquid unigeni-
to deo contumelia est patrem
sibi innascibilem deum esse, cum

ex inmascibili deo natiuitas vni-
genita in naturam vnigenitam
subsistat. Ecce et hic dicit vnige-
nitam naturam.

## Quomodo sint intelli-
## Premissa vera hylarii

Sed quia hec verba sane vult
intelligi ipse idem dicit in iiii
li. Intelligencia dictorum ex
causis est assumenda dicendi
quia non sermoni res sed rei est ser-
mo subiectus. Hec ergo verba i-
ta intelligi possunt. Nil habet
filius nisi natus i. nil habet se-
cundum quod deus est nisi nasce-
do accepit et ipse nascendo pa-
tris in se subsistentem naturam ha-
buit. Unde idem hylarius ad-
dit in v. li. Eandem naturam
habet genitus quam ille qui

gemuit ita tamen ut natus non sit
ille qui gemuit. Nam quomodo erit pater
ipse cum genitus sit. Sed in his
patris subsistit ille qui genitus est
in quibus totus est ipse qui gemuit
quia non est aliunde qui genitus est
est et ideo non refertur ad aliud
quod in uno subsistit ex uno
Ac sic in generatione filii et natu-
ram suam ut ita dicam sequitur
indemutabilis deus indemutabi-
lem deum gignens nec naturam
suam deserit ex indemutabili de-
o indemutabilis ~~dei~~ dei perfecta
nativitas. Subsistentem ergo in eo
dei naturam intelligamus cum in
deo deus insit. Nec preter eum qui
deus est quisquam deus alius sit quia
ipse deus et in eo deus. Nature ergo

dei patris ueritas in deo filio es-
se docetur cum in eo deus intelligi-
tur esse qui deus est. Est enim v-
nus in vno et vnus ab vno

Quod legitur pater de sua sub-
stancia genuisse filium
et filius sue patris

Dicitur quoque et frequenter
in scriptura legitur Pater de
sua substancia genuisse filium
Vnde Augu. in li. de fide ad
petrum ait. Pater deus de nullo
genitus deo semel de sua natu-
ra sine inicio genuit filium de-
um sibi equalem et eadem quam
ipse naturaliter eternus est diuini-
tate coeternum. Ecce hic dicit
Augu. filium genitum de natura
patris. Est autem vna natura patris
et filii et spiritus sancti. Si ergo de

natura patris genitus est filius
genitus est de natura filii et spiri
tus sancti immo de natura tri
um personarum Idem quoque Augu
in li xv de trini dicit cristum
esse filium substancie patris et de
substancia patris genitum tra
ctans illud verbum apostoli loquen
tis de deo patre sic Qui eru
it nos de potestate tenebrarum
et transtulit in regnum filii cari
tatis sue Quod dictum est inquit
filii caritatis sue nil aliud in
telligatur quam filii sui dilecti quam
filii substancie sue Caritas quippe
patris que in natura eius est
ineffabiliter simplici nil est aliud
quam ipsa natura atque substancia
ut sepe diximus et sepe iterare

nō piget ac per hoc filius cari-
tatis eius nullus alius est quam
qui de substantia eius est ge-
nitus. Ecce hic aperte dicit Au-
gu. filium esse genitum de substa-
cia patris et filium substancie
patris. Idem quoque Augu. in li. ii
contra hereticum Maximinum
sbam dei genuisse filium et fili-
um genitum de sba patris asse-
rit dicens Carnalibus cogitacio-
nibus plenis sbam dei de seipsa
gignere filium nō putatis nisi
hoc paciatur quod sba carnis pa-
titur quando gignit. Erratis
nō scientes scripturas neque vir-
tutem dei. Nullo enim modo verum
dei filium cogitatis si eum natum
esse de substancia patris negatis

Non enim iam erat hominis filius et
deo donante factus est dei filius
ex deo natus gratia non natura
An forte et si non hominis filius
erat tamen iam aliqua erat qua-
liscumque creatura et in dei fili-
um deo mutante conversa est
Sed nil horum est ergo aut de
nichilo aut de aliqua substantia na-
tus est Sed ne crederemus vos
putare de nichilo esse dei fili-
um affirmastis non vos dicere
de nichilo esse dei filium De ali-
qua substantia est Et si non de substan-
tia patris de qua sit dicite sed
non invenietis Iam ergo uni-
genitum dei filium iesum cristum
de patris esse substantia non
vos nobiscum pigeat confiteri

Idem in eodem Utrique legimus
ut simus in uero filio euis ie-
su cristo Dicite quoque nobis utrum
iste uerus dei filius ab eis qui
gratia filii sunt quadam proprie-
tate discretus de nulla substan-
cia sit an de aliqua Non dico
inquis de nulla ne dicam de
nichilo ergo de aliqua substancia est
Quero de qua Si non de patris
substancia est aliam quere Si ali-
am non inuenis patris agnosce
substanciam et filium cum patre omo-
usion confitere Idem in eodem
Confiteor deum patrem omnino in-
corruptibiliter gemisse quod est i-
pe gemisse Item dico quod sepe
dicendum est aut de aliqua substan-
cia est natus dei filius aut de nulla

Si de nulla ergo de mlo quod
vos ia no dicitis Si vero de
aliqua nec tn de pris substan-
cia non est verus filius Si vero
de patris substancia vnus eius-
dem qz substancie sunt pr et
filius Vos aut nec filium de
substancia patris genitum voltis
et tn eu nec ex nichilo nc ex
aliqua materia sed ex patre
esse conceditis nec videtis quaz
necesse sit ut qui no ex nichi-
lo nec ex aliqua alia re sed ex
deo nisi ex dei substancia esse
no possit et hoc esse qd deus e
de quo e x deus de deo natus e
qz no alius prius fuit sz na coet
Colliges suma
pdictor apit ex
qo sensu accipienda sut
na d deo e

V

His uerbis p̄missis innui ui-
detur q̄ diuina substancia vel essencia
filiū genuerit et q̄ filius sit
genitus de substancia patris
et q̄ de deo est natuā coeter-
na et quod pr̄ id quod ipse
est genuit Id aūt q̄d ipe est
diuina essencia est et ita pu-
tari potest diuinā essenciaz
genuisse Vehementer mouet
nos hec uerba que quomodo
intelligenda sint malle ma-
gis ab alijs audire q̄z tradē
Vt tn̄ sine preiudicio atq̄z te-
meritate loquar ex hoc sen-
su dicta possūt accipi Natu-
ra coeterna de deo est idest fili-
us coeternus patri de patre ē
ita q̄ est eadem cuz eo natua

uel eiusdem natuē. Quē sēsū
confirmat Augu. ibidem su-
biciens, et qd dixerat quasi
explanās. Dicto em̄ natuā
coeterna est de deo, addidit
Nō est aliud filius qz illud
de quo est. i. vnius eiusdē sub-
stancie est. Deinde apercius
talem intellectū ex predictis
verbis fore habendū aperit ī
eodem libro contra Maximi-
nuz dicens. Trinitas hec vni-
us, eiusdemqz substanciē est,
quia nō de aliqua materia
uel de nichilo est filius, sed de
quo est genitus. Itemqz spiri-
tus sctus nō est de aliqua ma-
teria, uel de nichilo ē, sed inde
est, vnde procedit. Hīs utiqz

uerbis aperte ostendit, ea ratio-
ne dici filiū esse de substātia
patris, qui est de patre geni-
tus, ita q̄ est eiusdem substā-
tie cū eo, et spiritus sanctū es-
se de substantia prīs et filij,
quia ab utroq; procedit, ita
q̄ est eiusdem substantie.
Q̄ nec filius nec spi-
ritus est de nichilo s̄z
de aliquo nō tn̄ de
Ostenditur quoq; m̄a
ex illis uerbis filiū et spiri-
tū sanctū nō esse de nichilo,
sed de aliquo nec tn̄ de aliq̄
materia. Unde etiā hylari-
us in xij li. de trini ait, uni-
genitus deus cū natus sit, prem
testatur autorē, cū ex manē-
te natus ~~est~~ nō ē natus ex nīlo

et cū ante tempꝰ natꝰ ē oēz
sensuz preuenit nascendo. Hic
aperte dr̄ qꝛ filiꝰ nō est natꝰ
ex nīlo. Similr̄ et spūssctꝰ nō
est dicendꝰ esse uł procedē ex
nichilo quia filiꝰ de substan-
cia pr̄is natꝰ est id est a patre
est cū quo eiusdem substancie
est et eadem substancia. Ex quo
sensu accipiendū etiā ē illud
Pater genuit id quod ipē est
i filiū qui est hoc quod pater
Et hoc ita debere intelligi Au-
gusti aperit dicens in primo
libro contra Maximinū. Hoc
genuit pr̄ quod est alioquin
nō est uerꝰ filiꝰ si quod est
pater nō est filius. Item sbstā-
cia dei genuit filiū id ē pr̄

substancia genuit filium qui
est eadem substancia et eius-
dem substancie. Quod sic esse
intelligendum Augu. ostendit
dicens ad Maximinum Sicut
dicis spus spum genuit ita
dic spiritus eiusdem natue
uel substancie spum genuit. I-
tem sicut dicis deus deum genu-
it ita dic deus eiusdem natu-
re uel substancie deum genu-
it. Hoc si credideris et dixeris
uel de hac re ulterius accusa-
beris. His enim uerbis aperit
quomodo predicta debeant intelli-
gi. Similiter filius natus est de
substancia patris uel pater
genuit filium de sua natura
sine essencia. x de se natura

et essencia genuit filium eiusdem
essencie ac natuē et qui ē ea-
dem essencia ac natuā Simi-
liter expone illud filius sbe
patris et filius patris substā-
cie .i. q̄ est substancia cū quo
et filius eadem substancia ē
qz consubstancialis ē patrifi-
lius Et hic sensus adiuuatur
ex his uerbis Augu. q̄ in li.
v. de trini. ait Tres personas
eiusdem essencie uel tres perso-
nas vnā essenciā dicimus Tres
aut personas ex eadem essen-
cia nō dicimus quasi aliud i-
bi sit quod essencia ē aliud qd
persona His uerbis ostenditur
nō esse dicendū personaz esse
ex essencia nisi ex sensu p̄dicto

Qui sensus confirmat etiam
ex eo quod in li. xv. de trin.
idem ait. Sicut nostra scie-
tia scientie dei sic et nostrum
uerbum quod nascitur de nra scie-
tia dissimile est illi uerbo dei
quod natum est de patris essentia
Tale est autem ac si diceret de
patris scia de patris sapientia
uel quod est expressius de patre
essentia de patre scientia de
patre sapientia. Ex hoc itaque in-
tellectu uerbum dei patris uni-
genitus filius per omnia patri
similis et equalis recte dicitur
deus de deo lumen de lumine
sapientia de sapientia essentia
de essentia quia hoc est omnino
quod pater non tamen pr

quia iste filius iste pater

Quare uerbum patris dicatur filius natum

Inde est quod solus unigenitus dei dicitur natura filius qui a eiusdem nature est cum patre. Unde hylarius in li. de trini. de cristo loquens. Natura filius est quia eandem naturam quam ille qui genuit habet

Utrum pater uolunta te genuit filium an necessitate et an uolens uel nolens sit deus

distinctio sexta

Reterea queri solet utrum pater genuerit filium uoluntate an necessitate. De hoc Orosius ad Augu. ita ait Uoluntate

Vi

genuit pater filium vel nece-
sitate sed nec voluntate nec
necessitate quia necessitas in
deo non est. Pire voluntas sa-
pientiam non potest. Quo circa
ut Augustinus ait in xv li.
de tri. Ridenda est dialeti-
ca Eunomii a quo eunomi-
ani heretici orti sunt. Qui cum
non potuisset intelligere nec
credere voluisset unigenitum
dei filium verum dei esse natu-
ra et de substantia patris genitum
non naturam vel substantiam dixit esse
filium sed filium voluntatis
dei volens asserere accedentem
deo voluntatem qua gigne-
ret filium sicut nos aliquan-
do volumus quod ante ea non

volebamus propter quod mutabi-
lis intelligitur nostra natu-
ra quod absit ut in deo es-
se credamus. Dicamus ergo ver-
bum dei esse filium dei natu-
ra non voluntate ut docet
Augustinus in xv libro de trinitate ubi
quendam catholicum heretico
respondentem commendat di-
cens. Acute sane quidam ren-
dit heretico versutissime in-
terroganti utrum deus filium
volens vel nolens genuerit
ut si diceret nolens absur-
dissima dei miseria seque-
retur. Si autem volens conti-
nuo quod intendebat conclu-
deret scilicet non naturae esse fili-
um sed voluntatis. At ille

VI

vigilantissime vicissim qe-
sivit ab eo. vtrũ deꝰ pater
volens an nolẽs sit deus
vt si responderet nolẽs se-
queretur grandis absurdi-
tas et miseria quã de deo cre-
dere magna est insania
Si aũt diceret volẽs respõ-
deretur ei ꝯo et ipẽ volun-
tate sua deꝰ est nõ natura
Quid ꝯo restabat nisi ut ob-
mutesceret sua interrogaci-
one obligatus indissolubili
vinculo se videns Ex predictis
docetur nõ esse concedendus
qꝛ deꝰ volunte vl necessita-
te vl volẽs vl nolẽs sit deꝰ
Itẽ qꝛ voluntate vl necitate vl
volẽs vl nolẽs genuerit ~~deus~~ filius

Opposito contra predicta

Sed contra hoc opponitur
sic. Voluntas dei est natura
siue essentia dei, quia non est
aliud deo esse, aliud uelle.
Et ideo sicut una est essentia
trium personarum, ita et una
uoluntas. Sic ergo deus natura
deus est, et uoluntate deus est.
Et si uerbum dei natura filius
dei est, et uoluntate filius
dei est. Hoc autem facile refel-
lere. Nam et prescientia dei siue sci-
entia quam scit uel prescit bona et
mala, diuina natura siue essentia
est, et predestinatio siue uolun-
tas eius, eadem diuina esse-
ntia est. Nec est aliud deo
scire et uelle, quam esse, et cum

·VI·

sit vnū et idem sciencia dei
vl uoluntas nō tn̄ dr̄ de
uoluntate quitq̄d dr̄ de scie
cia et econuerso nec oīa illa
sua uoluntate deꝰ vult que
sua sciencia scit cū sua scīa
nouerit tā bona q̄z mala uo
luntate aut nō uelit nisi bo
na Sciencia quippe dei et p̄
scīa de bonis est et malis
uoluntas uero et predestina
cō de bonis est tm̄ et tn̄ vnū
et idem in deo est scīa et uo
luntas et prescīa et predestīa
cō q̄ta cuz vnuz sit natura de
i et uoluntas dr̄ tn̄ pr̄ genu
isse filiuz natura non uolun
tate et esse deꝰ natura non
uoluntate

Qualiter intelligen-
da sunt illa uerba pr
nec nolēs nec uolens
deus est nec uolēs nec
nec nolēs genuit fili-
uz

Predicta tn̄ uerba qui-
bus prudenter dictuz est qz deus
pater nec uolēs nec nolēs de-
us est nec nolens nec uolēs
genuit filiuz sine uolunta-
te sine necessitate ex tali sen-
su uidentur accipienda ut
uoluntatem precedentē uel
accedentem intelligamus qua-
liter Eunomius intelligebat

Non enim ipe deus est uoluntate
precedenti uel efficienti uel vo-
lens priusqz deus nec uolunta-
te precedenti uel accedenti genu-
it filiuz nec prius volens

q̄z generās genuit filiuz nec
prius generās q̄z uolēs ge-
nuit filiū uolēs tn̄ genuit
sicut potēs genuit et bonus
genuit filiuz et sapiēs genu-
it et huiusmodi Si em̄ pater
sapiēs et bonus dr̄ genuisse
filiū cur nō et uolēs Iuz ita
sit deo idem esse uolentez qd̄
est esse deuz sicut idem ē ee
sapientem qd̄ est esse deūm
Dicamus go qz pater sicut sa-
piens ita uolens genuit fi-
liuz sed nō uolūtate prece-
denti uel accedenti Quē sen-
sum aperit Augu et confirmat
ita dicens sup eplaz Ad
Eph de ~~fide~~ filio dei .i. domino no-
stro ihū cristo scriptum est

quia cum patre semper fuit et
nunquam eum ut esset pater-
na uoluntas precessit et il-
le quidem natura filius est
Hic queritur an pater
potuerit uel uolue-
rit gignere filium
Et solet queri a quibus-
dam utrum pater potue-
rit uel uoluerit generare
filium Sicut inquiunt potu-
it uel uoluit generare filium
ergo potuit aliquid et uolu-
it quod nec uoluit nec potu-
it filius Nam filius nec po-
tuit nec uoluit generare fili-
um Cui uersuntur facile rn-
demus dicentes posse uel uelle
generare filium non est aliquid
posse uel uelle subiectum potentie

Vel uoluntati est tn̄ aliqua
potencia uel uoluntas. s. pos
se uel uelle gignere filium et ideo
distinguenda est intelligencia
spositi uersi posse uel uelle gi
gnere filium et posse uel uelle
aliquid. Neq; enim generacio
filii aliquid eorum est q̄ sub
iecta sunt diuine potencie et
uoluntati nec est aliquid in
ter omnia uel de omnibus sed su
per omnia et ante omnia. Non
enim ante uoluit uel potuit
q̄ genuit sicut nec ante fuit
q̄ genuit. quia ab eterno fuit
et ab eterno genuit. Ex simili
q̄ hoc uidem possumus. Pater
enim potest esse pater et uult esse
pater. filius autem non potest ~~uel~~

nec vult esse pr̄ / ergo pr̄ potest
uel vult esse aliquid / qd̄ non
pt̄ uel vult esse filius / nō se-
quitur / qz esse patrez nō est
esse aliquid sed pt̄ esse ad ali-
quid vt in seqnti ostēdetur

## Ponit queda uā Augu. vnde moueri auditor

Sed uehementer nos
mouet qd̄ Augu. ait in i.
li contra maximinuz qui
asserebat patrez potentiorē
esse filio eo qz filiū genuit
deuz creatorez / filius aut nō
dicebat ita qz patre potuisse gi-
gnere ~~nō~~ filiuz / et ideo po-
tentiorez esse filio Ad qd̄ re-
spondēs Augu. dicē videt
qz filius etiā potuit gignere

volens ostendere patrem esse non esse
potentiorem filio his verbis. Ab
sit ut ideo potentior sit pater
filio sicut putas quia creatorem
genuit pater filius autem non ge
nuit creatorem neque enim non
potuit sed non oportuit. Vide
et diligenter attende hec verba
non enim non potuit sed non opor
tuit. Videtur enim dicere quia fi
lius potuit gignere sed non o
portuit et ita potuit quod non
oportuit. Quare autem non opor
tuit subdit dicens. Immo
derata enim esset divina gene
ratio si genitus filius nepotem
gigneret patri quia et ipse
nepos nisi avo suo prenepo
tem gigneret secundum vestras

Mirabilem sapientiam impotes
diceretur. Similiter etiam ille
si nepotem non gigneret auo
suo et pronepotem pro auo
suo non a nobis appellaretur
omnipotens nec impleretur ge
nerationis series si semper alter
ex altero nasceretur nec eam
perficeret vllus si non suffice
ret vnus omnipotens. Itaque
omnipotentem genuit filium
patris natura non fecit
Opponitur predictis p̄
dictis vis Augustini
Hoc autem videtur quibusdam
non posse stare scilicet quod filius
potuerit gignere Si enim po
tuerit filius gignere potuit esse
pater et si potuit esse pater po
tuit ergo esse pater vel sui vel patris

uel spus scti uel alicuius ali-
us Sed alius no qz nullus
alius semper fuit Nec patris
quia pr est ingenitus et inna-
scibilis Nec sui quia nulla res
seipam gignē potest Nec spiri-
tus scti quia nasci nō potu-
it Si em nasci potuit po-
tuit esse filius et ita muta-
bilis esse potuit

Hic queritur quomo intelligenda sint

Quo ergo accipietur qd su-
pra dictuz est nō em nō po-
tuit gignē sz nō oportuit
quasi potuit sz nō oportu-
it nō est nobis perspicuum
aperire quo sit hoc ueruz
et ideo subsilentio potius

esset pretereundum nisi me su-
per hoc aliquid loqui coge-
ret instantia querentium
Hic aperitur ex quo
sensu accipienda sint

Potest ergo sic intelligi non
enim non potuit sed non opor-
tuit id est non ex impotentia
sui fuit quod filius non genu-
it sed ei non conveniebat si-
cut enim deus filius non est deus
pater nec tamen hoc sui est nam
et pater similiter non est filius
nec hoc est ex impotentia pa-
tris Sed querit Maximinus
Arrianorum eps Unde ergo
est quod pater non potest esse filius
vel filius pater non utique ex
impotentia sed pater proprietate

generacionis pr est qua o-
portet eum non esse filium et fi-
lius proprietate nativitatis fili-
us est qua oportet eum non
esse patrem de quibus proprie-
tatibus pg ea plenius tracta

Utrum pr natura sit potens gignere filium et an hoc sit aliqua potencia que sit in filio

Item queritur a quibusdam
Si pr potens sit natura gi-
gnere filium et an hec sit ali-
qua potencia que sit in filio
Ad quod dicimus quia pater non
est potens nisi natura eius enim
potencia natura est vel essencia
At inquiunt illi Si potens est
gignere habet ergo potenci-
am gignendi filius autem non

habet potenciam gignendi, si
non potest gignere. Habet ergo
aliquam potenciam pater quam non
habet filius. Non sequitur
Eandem enim potenciam habet
penitus filius quam et pater
qua pater potuit gignere et fi-
lius gigni potuit. Eadem enim
potencia est in filio qua po-
tuit gigni que est in patre
qua potuit gignere. Sed con-
tra hoc opponitur. Aliud est
posse gignere. Aliud est posse
gigni quia aliud est gignere et
aliud gigni. Hoc distinguen-
dum est. Si enim cum dicitur aliud
est posse gignere aliud posse
gigni aliam significes pote-
nciam qua pater potens est

gignere et aliaz qua filius
potens est gigni falsus est in-
tellectus Si aut dicas prem
posse habere aliaz proprietate
siue notionem qua genitor
est et filius aliaz qua geni-
tus est uerus est intellectus
Aliaz enim habet pr proprieta-
tem qua pr est alia filius
qua filius est

Quo sit intelligendum
filius habet uel non
ht potentiaz gnandi

Ita etiaz cum dr filius non
habet potentiaz generandi
quaz pater habet dur inte-
ligi pt Si enim dicatur no
habet filius potentia gene-
randi qua et pater sz qua
potes gnanduz idest vt

genuerit vel ut generet sicut
pater verum est. Si vero inte-
ligatur sic, non habet poten-
ciam qua possit gigni vel
genitus esse, qua eadem pater
potens est ut genuerit vel
ut gigneret falsum est. Sic
dicitur, pater habet poten-
ciam, qua potest esse pater, fili-
us vero non habet poten-
ciam qua possit esse pater
Et econverso filius habet
potenciam qua potest esse filius
pater vero non habet pote-
ciam qua possit esse filius
habet ergo aliqua pater quam non
habet filius et econverso
Absit, quia eadem est poten-
cia patris qua potest esse pater

et filij qua pr̄ esse filius. Ita
etiam eadem est uoluntas q̄
pater uult esse pater nō fili-
us et filius uult esse filius
nō pr̄. et eadem est uolun-
tas filij qua uult esse geni-
tus et patrem genuisse et
patris qua uult esse geni-
tor et filius genitus esse.

De ueritate et proprie-
tate et incomuta-
bilitate et simplicita-
te essencie dei

dis viij

Nunc de ueritate et
proprietate siue in-
comutabilitate atque simplici-
tate diuine nature siue sub-
stancie siue essencie agendi
est. Est itaque deus ut fit.

Augustinus in v. li. de trini-
sine dubitacione sba uel melius
hoc appellatur essencia
quam greci vsiam uocant. Si-
cut enim ab eo quod est sapere
dicta est sapiencia et ab eo
quod est est scire dicta est sci-
encia ita ab eo quod est esse
dicta est essencia. Et quis ma-
gis est quam ille qui dixit fa-
mulo suo Ego sum qui sum
et dices filiis israel qui est mi-
sit me ad uos. Apte vero ac
proprie dicitur essencia cuius
essencia non nouit preteritum
uel futurum. Unde hiero. ad
Marcellam scribens ait De-
us solus quem exordium non habet

Vere essencie nomē tenuit q̄
in eius comparacione qui ve-
re est q̄ incomutabilis ē qua-
si nō sūt q̄ mutabilia sūt
De quo em̄ dr̄ fuit nō est
et de quo dr̄ erit nōdū est De-
us aūt tm̄ est qui nō no-
uit fuisse uel futurū esse
Solus deus uere est cuius
essencie cōparatū nr̄m ee nō ē
Qualiter intelligenda
sint uerba hieronimi
querendum est
hic diligenter aduertendū
est quō intelligi debeāt illa
uerba hiero .s. deus tm̄ est
si nō nouit fuisse uel futurū
esse tanq̄ nō posset dici de
deo fuit uel erit sed tm̄ est

cu de eo scriptu frequent re-
periamus fuit ab eterno fuit
sp et erit in secula et huius-
modi. Unde uidetur qui-
a no est tantum dicendu de
deo fuit uel est uel erit. Si
em diceret tm fuit putaret
qd desierit esse. Si diceretur
tantum est putaret qd no sp
fuerit sed esse ceperit. Si tan-
tum diceretur erit putaret
no esse modo. Dicatur go qr
sp fuit est et erit ut intelli-
gatur quia nec cepit nec de-
siit nec desinit nec desinet es-
se. De hoc Augu. sup Johan-
nem ita ait. Cum de sempiter-
na re ppe dicatur est. Secdm

nos. bene dicitur fuit et
erit. fuit quia nunquam desiit
erit. quia nunquam deerit. est quia
semper est. non preteriit qua-
si quod non maneat. non orie-
tur quasi quod non erat. Unde
ergo nostra locucio per tem-
pora varietur. De eo vere
dicuntur verba cuiuslibet temporis
qui nullo tempore defuit vel de-
est vel deerit. et ideo non
est mirum si de spiritu verita-
tis veritas loquens dixit
per futurum. Quecumque
audiet loquetur. Audiet scilicet
ab eo a quo procedit. Au-
dire illius est scire. idem eci-
am esse. A quo ergo est illi

essencia ab illo audiencia id
est sciencia que non est aliud
quam essencia. Audiet ergo dixit
de eo quod audiuit et au-
dit. i. quod semper sciuit scit et
sciet. Ecce hic dicit Augu-
verba cuiuslibet temporis dici de
deo sed tamen proprie est. Illud
ergo quod hiero. dicit ita in-
telligendum est. Non nouit
fuisse uel futurum esse quam tan-
tum esse. id est cum dicitur de de-
o quod fuit uel erit. non est in-
telligendum quia preterierit et
futurus sit. Sed quia existat simpli-
citer sine aliquo tempora-
li motu. Licet enim verba substan-
tiua diuersorum temporum de deo

dicantur ut fuit erit est erat
non tamen temporales motus esse di-
stinguunt scilicet preteritum vel
futurum vel preteritum imperfe-
ctum vel preteritum perfectum
vel preteritum plusquam perfe-
ctum sed essentiam sive existen-
tiam sive divinitatis simplici-
ter insinuant Deus ergo solius
proprie dicitur essentia vel esse Un-
de hilarius in vii li. de trini-
tate Esse non est accidens deo
sed subsistens veritas et ma-
nens causa et naturalis generis proprietas

## Hic de incommutabilitate

11 Dei etiam solius essentia incom-
mutabilis dicitur proprie quia nec
mutatur nec mutari potest
Unde Augustinus in v. li.

de trin. Alre inquit essencie
substancie capiunt accidencia q
bus in eis fiat vel magna vel
quantacumque mutacio Ideo
aut aliqd huiusmodi potest
accide no pt et ideo sola sub
stancia vel essencia que est de
us incomutabilis est cui pro
fecto maxime ac verissime co
petit esse Quod enim mutatur
no seruat ipm verum esse et
quod mutari potest eciam si
no mutetur potest quod fue
rat no esse Ideoque illud solum
(quod no tantum no mutatur
verum eciam mutari omnino no
pt) verissime dr esse id est sb
stancia pris et filii et spiritus
scti Ideoque apostolus loquens

de deo ait Qui solus habet
immortalez. Vt em ait Augu.
in libro primo de trini. Cuz ani-
ma quoda modo immortalis es-
se dicatur et sit no diceret apo-
stolus solus habet deus immor-
talem nisi quia uera immorta-
litas incomutabilis e qua
nulla pt hre creatua quo-
maz solius creatoris ~~creato~~
est. Vnde iacobus ait apd
que no est trasmutaco nec
vicissitudinis obumbraco. Et
dauid. Mutabis ea et mu-
tabuntur tu at idez ipe es
Ideo Augusti. sup Gen dicit
qi deus nec per loca nec per
tpa mouet creatua uero
per loca et tpa et per tpa

moueri est per affectos com-
mutari Deus aut nec loco
nec affectone mutari pt qui
per pphetam ait Ego deus et
no mutor qui est imutablis
solus Vnde recte solus dr hre
imortalitatez In omni enim
mutabili natura ut ait
Augu. contra Maximinum
no nulla mors est ipa mu-
tacio quia facit aliquid in ea
no esse quod erat Vnde et i-
pa anima humana que ideo
dicitur imortalis quia rm
modum suam nunquam desinit in-
uere habet tn quandam morte
suam quia si iuste viuebat
et peccat moritur iusticie si
peccatrix erat et iustificatur

moritur pcto. Vt alias mu-
tacōs taceaz de quibꝫ mo-
do longuz est disputare. Et
creaturarum natura celestium
mori potuit. Naz et angli
peccauerunt. et demones
facti sunt. quorum est dyabo-
lus princeps. et qui non
peccauerunt. peccare potuerunt
et cuicumqꝫ racionali crea-
ture prestatur. ut peccare nō
possit. nō est hoc natuē pro-
prie sed dei gracie. Et ideo
solus deus ut ait aposto-
lus habet immortalitatē. q
nō cuiusqꝫ gracia sed natu-
ra sua. nec potuit nec po-
test aliqua conuersione mu-
tari. nec potuit nec poterit

aliqua mutatione peccare. Pro-
inde ut ait Augu. in i. li.
de trinitate. Substantiam
dei sine ulla commutatione
mutabilia facientem et sine
ullo suo temporali motu temporali-
a creantem intueri et nosse
licet sit difficile oportet. Ve-
re ac proprie incommutabi-
lis est sola diuinitatis essen-
tia que sine sui mutatione cun-
ctas condidit naturas.

## Hic de simplicitate

Eadem quoque sola proprie ac
uere simplex est ubi nec par-
tium nec accidentium nec qua-
rumlibet formarum ulla est
diuersitas sine variatione uel
multitudo. Ut autem scias

quo simplex sit illa substan
cia te docet Augu. in vj. li.
de trin. Animaduerte primo
quare omnis creatura sit
multiplex et nullo modo uere
simplex et primum de corporali
postea de spirituali creatura
Corporalis utique creatura ex
partibus constat ita ut sit ibi
alia pars minor alia ma
ior et manus sit totum quam
quelibet pars et in unoquoque
corpore aliud est magnitudo
aliud color aliud est figura
Potest enim et diminuta magni
tudine manere idem color et eadem
figura et colore mutato ma
nere eadem figura et eadem
magnitudo Ac per hoc multiplex

esse coniuncitur natura corpo-
ris simplex aut nullo modo
Hic de spuali creatura
ostendit quo sit multi-
plex et non simplex
Creatura quoque spualis ut
est anima in compacon quidem
corporis est simplex sine copa-
cone uero corporis est multi-
plex et no simplex Que ideo
simplex dr respectu corporis
qr mole no diffunditur p spa-
cium loci sz in uno quoque corpe
et in toto tota anima est et i qua-
libet eius parte tota e Et ro-
cum fit aliquid in quauis exi-
gua particula corporis qd sen-
tiat anima quamuis no fiat in to-
to corpe illa aut tota sentit
qr totam no latet Sed tamen

Nec in ipa aīa uere simplicitas
est. Cum enī aliud sit artificiosū
esse aliud inertem aliud acutū
aliud memorem aliud cupidi
tas aliud timor aliud letici
a aliud tristicia possūt qz h
et alia huius modi immutabilia
in aīe inueniri natura et a
lia sine aliis et alia magis
alia minus. Manifestum est
nō simplicem sed multiplicē esse
naturam. Nichil enī simplex
mutabile est. omīs aūt crea
tura mutabilis est. nulla go
creatura uere simplex ē. Deus
uero et si multiplex dicatur
uere tn̄ et sūme simplex est
Dicitur enī magnus bonus sa
piēs beatus uerus et quicquid

aliud non indigne dici videtur
sed eadem magnitudo eius est
que sapientia. Non enim mole ma-
gnus est sed virtute et eadem bo-
nitas que sapientia et magni-
tudo et veritas. et non est ibi
aliud ipsum beatum esse et ali-
ud magnum aliud sapientem
aut verum aut bonum esse aut
omnino esse

## Qualiter deus cum sit simplex multiplex tamen dicatur

Hic diligenter notandum est
cum dicat Augustinus solum deum
vere simplicem esse cur di-
cat eundem multipliciter di-
ci. Sed hoc non propter diver-
sitatem accidentium vel partium

dicit sed ꝓpter diuersitatem ac
multitudinem nomi que de de
o dicuntur que licet multipli
cia sint vnum tamen significant scz
diuinam naturam hec enim non
ita accipiuntur cum de illa incom
mutabili eternaque substancia
incomparabiliter simplicior quam
humanus animus dicuntur quem
admodum cum de creaturis di
cuntur Vn Augu in vi li de
trini Deo inquit est hoc esse
quod est fortem esse vel sapientem
esse vel iustum esse et si quid
de illa simplici multiplicate
vel multiplici simplicitate
dixeris quo substancia eius si
gnificetur humano autem ~~hu~~
~~m~~ animo non est hoc esse

quod est fortem esse aut pru-
dentem aut iustum. Potest enim
esse animus et nullam istarum ha-
bere virtutem

## Tanta est dei simplici-
## tas qui nulli predica-
## mentorum subiicitur

Ad aut in natura divina
nulla sit accidencium diversi-
tas nulla quoque penitus mutabi-
litas sed perfecta simplicitas
ondit Augu. in v. li. de trini. di.
dei. Intelligamus deum quantum
possumus sine qualitate bonum
sine quantitate magnum sine in-
digencia creatorem sine situ
presidentem sine habitu omnia
continentem sine loco ubique to-
tum sine tempore sempiternum

sine ulla sui mutatione muta-
bilia facientes. mlq; pacien-
tem. Quisquis deum ita cogi-
tat. et si nondum potest omnino
inuenire quod sit. pie tamen caue-
at. quantum potest aliquid de illo sen-
tire. quod non sit. Ecce si subtiliter
intendas. Ex his atque predictis
aperitur illa predicamenta
artis dialetice. dei nature mi-
nime conuenire. quia nullis est
subiecta accidentibus.
Ac deus non proprie. sed
abusive dicitur substancia
Unde nec proprie dicitur substancia
ut Augustinus ondit in li. vii. de
trinitate. Sicut ab eo quod est esse
appellatur essencia. ita ab eo
quod est subsistere. substanciam dicimus
si tamen dignum est ut deus

dicatur subsistere. Hoc enim de
his rebus recte intelligitur in qui-
bus subiectis sunt ea que in aliquo
subiecto esse dicuntur sicut in cor-
pore color aut forma. Corpus
enim subsistit et ideo substantia
est. Res uero mutabiles ne-
que simplices proprie dicuntur
substantie. Deus autem si subsistit
ut substantia proprie dici possit inest
in eo aliquid tanquam in subiecto
et non est simplex. Nec forsitan
autem dicere ut subsistat deus et
subsit bonitati sue atque illa
bonitas non substantia sit uel
potius essentia. Neque ipse de-
us sit bonitas sua quam in illo
sit tanquam in subiecto. Unde ma-
nifestum est deum abusiue

dis. 8

substanciaz uocari ut nomi-
ne usitacore intelligatur esse-
cia quod uere ac proprie dr ita
ut fortasse soluz deu dici opor-
teat essenciaz est em uere solus
qz incommutabilis est

Q. no est aliquid i
deo qd no sit deus

Huius aut essencie simplici-
tas ac sinceritas tanta e qi
no est in ea aliqd qd no sit
ipa sed idez est habens z qd
habetur. Vn hilarius in vij
li. de trini. ait Non ex compo-
sitis deus q vita e subsistit
neqz q uirtus est ex infimis
continetur neqz q lux e ex ob-
scuris coaptatur neqz q spus
est ex disparibus formalis est

totum quod in eo est unum est
Idem in viij li. de tri. Non
humano modo ex compositis
deus est ut in eo aliud sit
quod ab eo habetur et aliud sit
ipse qui habeat sed totum vita
est natura scilicet perfecta et infini-
ta et non ex disparibus constitu-
ta sed vivens per totum ipsa
De hoc eodem Boecius in pri-
mo li. de trini. ait Quo cir-
ca hoc vere unum est in quo
nullus numerus nullum in eo ali-
ud preter id quod in eo est ne
quod enim subiectum fieri potest Au-
gusti. quoque in libro de fide ad
petrum dicit In dei substanti-
a non est aliquid quod non sit
substancia quasi aliud sit

ibi substantia aliud qd acci-
dit substantie Sed quitquid
ibi intelligi pt suba est. Ve-
rum hec dici possunt facile et
credi. Videri aut nisi puro
corde omino no possunt. Item
Augusti in xv li. de trinita.
Sic habetur in natura unius
cuiusque trium qui qd habet hoc
sit qd habet sicut immutabi-
lis simplex qz suba. Unde i-
sidorus ait Deus simplex dicitur
sive no amittendo quod habet
seu no aliud habet qd no est
ipe et aliud qd in ipo est
Et cum tante simplicitatis. At
qz sinceritatis sit natura divi-
na est tamen in ea trinitas
personarum. Unde Augu.

in li xi de ciui dei ait Non
propter hoc naturam summi boni
simplicem dicimus quia est pater
in ea solus aut filius in ea
solus aut spiritus sanctus in ea so-
lus .i. quia est sola ista nominum
trinitas sine substantia personarum
sicut Sabelliani putauerunt
Sed ideo simplex dicitur quia est hoc quod
habet excepto quod relatiue que-
que persona ad alteram dicitur nec
est ipsa Nam utique pater habet
filium ad quem relatiue dicitur
nec tamen ipse est filius et fili-
us habet patrem nec tamen ipse
est pater In quo uero ad se-
metipsum dicitur non ad alterum
hoc est quod habet sicut
ad seipsum dicitur uiuus hic do

dis ix

Vitaz et eadem uita ē ipe
Propter hoc utiqz natura
hec dr simplex qd nō sit ali
ud hns et aliud id qd hzt
sicut in ceteris rebus est. Nō
em habens liquorē liquor
est nec corpus color nec aīa
est sapia. Ecce qnta est idē
ptitas qzta unitas immutabi
litas simplicitas puritas di
uine substantie iuxta infir
mitatis nostre ualitudinez
assignauimus

dis ix

## De distinctione triuz personarum

Pijs ad distinctionez
triū personarū acce
damus. Teneamus ergo ut do
cet Augu. in li. de fide ad

Petrus/ prem et filium et spi-
ritus sctus vnum ee deum na-
liter/ nec tn ipm patre esse
qui filius est/ nec filius esse
ipm qui pr est/ nec spus sa-
ctus esse ipm qui pr e/ aut
filius/ Vna em est essencia
pris et filii et spus scti In-
qua no est aliud pr aliud
filius/ aliud spus sctus/ quan-
ius personalr/ alius sit pat
alius filius/ alius spus sctus
Hic de eternitate fi-
lii cum patre

Genitus est em a pre filius
et ideo alius nec tn an fuit pr
qz filius/ Coeterne em sunt
sibi tres persone/ Norum
Argumetacio arria-

Sed contra hoc inquit hereti-
cus ut refert Ambro. in i. li.
de trini. Omne quod natum est
principium habet et ideo quia fili-
us natus est principium habet
et esse cepit quod hereticorum
ore sic dictum est. Nam ipse
arrius ut meminit Augu-
in vi. li. de trini. dixisse fertur
Si filius natus est si natus
est erat quando non erat filius

## Responsio augusti-
## ni catholica

Qui hoc dicit non intelligit
etiam natum esse deo sempiter-
num esse ut sit coeternus patri
filius sicut splendor qui gignitur
ab igne atque diffunditur coeternus
sit illi et esset coeternus si

Ignis esset eternus

## Oppositio Augustini contra Hereticum

mundum Et alibi Ego pro eis
sanctifico meipsum Item que
ro quo pater eum tradidit

si ipe se tradidit. Utrumqz
em legitur. Credo qi rndebit
si probe sapit. quia una uo-
luntas est patris et filij. et
inseparabilis operacio. Sic igitur
intelligat illam incarnacionem
et ex virgine natiuitatem. in
qua filius intelligitur mis-
sus. una eadem qz operacion
patris et filij inseparabiliter
esse factam. no inde separato spi-
ritu sancto. Ergo a patre et fili-
o missus est. idem filius qz
a patre et verbo eius factum
est ut mitteretur. i. incarnatus
hominibus appareret. No em mi-
ssus est mutando locum qz in
mutando erat. Qua propter
et pater inuisibilis una cum

cum filio secum invisibili
eundem filium visibile fa-
ciendo misisse eum dictus est
quod si ita visibilis fieret ut
cum patre invisibilis esse desi-
steret et si substantia invisibilis ver-
bi in creaturam visibile invi-
tata fieret transiens verteretur
ita missus a patre intelli-
geretur filius ut tamen mis-
sus non etiam mittens cum pa-
tre inveniretur. Cum vero sic
est accepta forma servi ut
maneret incommutabilis for-
ma dei manifestum est quod a
patre et filio non apparenti-
bus factum sit quod apparet
in filio et ab invisibili patre
cum invisibili filio. Idem ipse

filius visibilis mitteretur

Sumatim colligit que ex predictis asseruntur

Ex predictis aperte monstratur quod filius missus est a patre et spiritu sancto et a seipso et que sit ipsa missio scilicet incarnacio i. quod factus est homo per quod visibilis apparuit quod est opus commune patris et filii et spiritus sancti

Questio cur dicit a meipso non veni

Sed ad hec opponitur Si filius a seipso missus est cur ergo ait A meipso non veni Ad hoc Augustinus respondet in ii li de tri dicens hoc dictum esse secundum formam servi secundum quam non

no fecit ut mitteretur .i. no
est opatus incarnacoz sed
secundum formam dei

Utrum semel tantum missus sit filius an sepe

Hic queritur utrum semel
tantum missus sit filius an
sepe mittatur. Si enim missio
filii ipius tm incarnacio
est cum semel tm incarnatus
sit et semel tm videtur mis-
sus. At si sepe mittitur est et
alia eius missio quam incarna-
cio. Sed que est illa. Nunquid
eterna genitiua missio eius
dicenda est an etiam alia mi-
ssio querenda est

Q duobus modis dici-
tur filius mitti

Ad hoc dicimus qi duobus

modis dicitur filius mitti pre-
ter illam eternam genituram que
ineffabilis est secundum quam eti-
am missus posset dici ut in-
detur quibusdam sed melius
ac verius secundum eam dicitur ge-
nitus. Preter eam ergo duobus
modis dicitur mitti. Sed vel cum
visibiliter modo apparuit car-
ne indutus vel cum se in ani-
mas pias sic transfert ut
ab eis percipiatur ac cognosca-
tur. Hos duos missionis mo-
dos aperte Augustinus distinguit
in iiii li. de trini dicens. Non
eo ipso quod de patre natus est
missus dicitur filius sed vel
ab eo quod apparuit huic mun-
do verbum caro factum

Vnde dicit A patre exiui et
ueni in mundum uel eo qui ex
tempore cuiusdam mente perci-
pitur sicut dictum est de sa-
pientia Emitte illam de cel
sanctis tuis et a sede magni-
tudinis tue ut mecum sit et
mecum laboret .i. doceat me
laborare Et tunc vnicuique
mittitur cum a quoque cogno-
scitur atque percipitur quan-
tum cognosci et percipi potest
Pro captu uel proficientis in de-
um uel perfecte in deo anime
rationalis
Quia rem alterum sed secundum
alterum sepe sit missa et
rem alterum ut sit homo
et rem alterum ut sit
cum homine

Ecce distincti sunt duo mo-
di missionis filii et secundum
alterum semel tantum missus est
dei filius secundum alterum sepe
missus est et mittitur quotti-
die Nam cum alterum missus est
ut sit homo quod semel tantum fa-
ctus est secundum alterum ~~alterum~~ ue-
ro mittitur ut sit cum homine
quo quottidie mittitur ad
sanctos et missus est etiam ante
incarnationem et ad omnes sanctos
qui ante fuerunt et etiam ad ange-
los Unde Augu. de filio i.
de sapientia patris loquens in
iiii li. de tri. ait Aliter mitti-
tur sapientia ut sit cum homine
aliter missa est ut sit homo
Ante animas sanctas se transfert

et amicos dei et prophetas
constituit sicut implet etiam
sctos angelos. Sed cum venit
plenitudo tpis missa e non
ut impleret angelos nec ut
esset angelus nec ut esset cum
hominibus vel in hominibus ut an-
tea in patribus erat et in pro-
phetis sed ut ipm verbum fie-
ret caro id est homo

Et scdm alterum modum
dr missus in mundum se-
cundum alterum non

Preterea notandum est quod cum
his duobus modis mittatur fi-
lius scdm alterum dr missus in
mdm scdm alterum vero non
eo enim mo missus dr in mdm
quo visibilis mdo apparuit.
Unde Augu in eodem li ait

Cum ex tpe cuiusq̄ mente
percipitur. mitti quidem dr
sed no in hunc mdm. No em
sensibiliter apparet. i corpo-
is sensibus presto est. Naz et
nos scdm qd mente aliquid
eternum capimus. no in hc mu-
do sumus. et omni iustorum spus
etiam in carne viventium. inqua-
tur divina sapiunt. no sunt in
hoc mdo. Ex predictis liquet
qd preter ineffabilem genitu-
ram. duobus modis mittitur fi-
lius. s. cum visibiliter apparuit. vel
invisibiliter percipitur mente
Cur pr no dr missus
cum ab aliquo scitur ut
filius
Hic queritur. cur pr no dici-
tur missus. cum ex tpe a quoq̄

cognoscitur sicut filius. Ad
quod dicimus quia in eo est principii
autoritas que non habet de
quo sit a quo filius est et spi-
ritus sanctus. Pater enim est ut
ait Augustinus in eodem libro princi-
pium totius divinitatis vel si
melius dicitur deitatis quia
principium est filii et spiritus sancti.
Nam ut ait Augustinus in eodem
Si voluisset etiam deus pater
per subiectam creaturam insibi-
liter appareret absurdissime
tamen aut a filio quem genuit aut
a spiritu sancto qui de illo proce-
dit missus diceretur. Congru-
enter autem ille missus dicitur
qui in carne apparuit. Misisse
autem ille qui in eo non apparuit

Putauerunt quidam filium et spiritum sanctum minores fuisse patre quia missi dicuntur

Ideoque putauerunt quidam heretici cum pater non sit missus sed filius et spiritus sanctus patrem esse maiorem ac filium minorem esse et spiritum sanctum atque patrem quasi maiorem misisse utrumque quasi minorem. Quod Augustinus improbat in iiii libro de trinitate illis contradicens. Non ideo inquit arbitrandum est minorem esse filium quia missus est a patre. nec ideo minorem spiritum sanctum quia et pater eum misit et filius. Sive enim propter visibilem creaturam sive potius propter principii

autoritatem vel comendacionem
non propter inequalitatem vel
imparilitatem vel dissimili-
tudinem subest in scriptuis hec
posita intelliguntur. Non ergo
ideo dicitur pater misisse fi-
lium vel spiritum sanctum quia ille es-
set maior et illi minores sed
maxime propter autoritatem
principii comendandam et qui-
a invisibili creatura non sicut
illi apparuit. Ecce ostensum est
que sit missio filii et quibus
modis mittatur

## De missione spiritus sancti que fit duobus modis visibiliter et invisibiliter

Unde de spiritu sancto
videndum est preter
illam ineffabilem et eternam

Processione qua procedit a
patre et filio et no a seipo qe
sit eius temporalis processio qe
dr missio sive datio Ad qd dici
mus qr sicut filius duobus mo
dis dicitur mitti uno quo vi
sibiliter apparuit altero quo invi
sibiliter a castis mentibus percipitur
Ita et spus spus a pre et fili
o ac a seipo duobus modis
procede sive mitti sive dari di
citur uno visibiliter alteo invi
sibiliter Datus est enim visibilis cre
ature demonstracon sicut in die
penthecostes aliis qz vicibus et
datur quottidie invisibiliter illa
bedo mentibus fidelium

Prius de illo mo mis
sionis qui fit visibili
ter agit :

Et primo agamus de illo mi-
ssionis mo. qui fit visibili spe
De hoc Augu. in ij. li. de trini-
tate ita ait. In promptu est in-
telligere de spu sancto cur missus et
ipse dicatur. Facta est enim crea-
ture quedam spes ex tpe in qua
visibiliter ostenderetur spus sanctus
sive cum in ipsum dum corporali
spe columbe descendit sive cum
in die pentecostes factus est su-
bito de celo sonus qui ferretur
flatus vehemens et vise sunt illis
lingue divise sicut ignis que
et insedit super unumquemque eo-
rum. Hec operatio visibiliter expre-
sa et oculis oblata mortalibus
missio spus sancti dicta est non ut
appareret eis ipsa substantia qua et

ipe inuisibilis et incommutabi-
lis est sicut pr et filius sz vt
exterioribus visis corda homi-
nis commota a temporali manifesta-
cione uenientis ad occulta eter-
nitatem sp pntis conuerterentur
Ecce his uerbis aperit Au-
gu. illum modum missionis
qui uisibiliter exibetur cum ta-
men ipe spus in sui natura non
no uideatur quia nec in illis
creaturis magis erat quam in
aliis sz ad aliud In illis enim
enim erat ut per eas ad homi-
nes uenientes ouderetur esse in il-
lis ad quos ille creature ue-
niebat Non enim spus sctus
tpali motu tunc uenit uel
in homines descendit sz per

temporalem motum creature
significata est spiritualis et in-
visibilis spiritus sancti infusio. Et
ut apertius dicam per illum mo-
dum missionis spiritus sancti corpora-
liter exhibitum. Intrata est spiritualis
et interior missio sancti spiritus si-
ne donatio de qua agens est.
Cum filius sit minor pa-
tre secundum formam cre-
atam in qua apparu-
rit cur non et spiritus
sanctus similiter.
Sed prius querendum est cum
filius dicatur minor patre se-
cundum missionem qua in for-
ma creata apparuit cur et
spiritus non dicatur ~~non dicatur~~ si-
militer minor patre cum in forma
creata apparuit. Nam de filio

qi minor sit patre secdm for-
mam q̄ missus apparuit. Aper-
te ondit Augu in iiii li de-
trin. dicens Misit deus filium
suum factum ex muliere factum
sub lege. usque adeo p̄uum ut
factum eo itaque missum quo
factum. Fateamur ergo factum
minorem et itantum minorem in-
quantum factum et intantum fctum
inquantum missum. Ecce habes
quia filius inquantum e mis-
sus id est factus minor e patre
Cur ergo spus no dicitur patre
minor cum et ipe creaturam a-
sumpserit in qua apparuit
Quia aliter spus assumpsit
creaturam in qua apparuit
aliter filius. Nam filius accepit

Per vnionem spus vero non fi-
lius enim accepit hominem ita
ut fieret homo. Spus vero sctus
non ita accepit columbam ut fi-
eret columba. De hoc Augusti.
in ii li de trini ita ait. Ide-
o misque scriptum est qui deus
pater maior sit spu sctio vel
spus sctus minor patre quia non
sic est assumpta creatura in qua
appareret spus sctus sicut assum-
ptus est filius hominis in qua
forma ipius dei verbi perso-
na presentaretur non ut habe-
ret verbum dei sicut alii sancti
sapientes sed qui ipsum verbum erat.
Aliud est enim verbum in carne ali-
ud verbum caro et aliud est ver-
bum in homine aliud verbum ho

Caro enim pro homine posita
est in eo qui ait Verbum caro
factum est Non ergo sic assum-
pta est creatura in qua appa-
ruit spiritus sanctus sicut assum-
pta est caro illa et huma-
na forma ex virgine mani-
a Non enim columbam vel illum
flatum vel illum ignem beatificat
sibi quod in unitatem persone con-
cinxit in eternum Ex predictis
aperte ostensum est secundum quod fi-
lius dicatur minor patre et qua-
re filius dicatur minor patre et
non spiritus sanctus
Quod filius secundum quod homo
factus est non modo pa-
tre sed spiritu sancto et
etiam seipso minor est
Notandum autem quod filius

secundum quod homo factus est non
tantum patre sed spiritu sancto et etiam
seipso minor dicitur. Et quod etiam se-
ipso dicatur minor secundum for-
mam servi. Augustinus ostendit in
i. li. de trinitate dicens Erraue-
runt homines ea que de creatura se-
cundum hominem dicta sunt ad re-
ius substantiam que sempiterna est
transferentes sicut illud quod ipse
dominus ait Pater maior me est
quod propter formam servi veritatis
dicitur enim quemadmodum etiam
seipso minor est filius. Quomo-
do enim non etiam seipso minor fa-
ctus est qui seipsum exinaniuit
formam servi accipiens. Non enim
sic accepit formam servi ut am-
mitteret formam dei in qua

erat equalis patri. In forma
ergo dei unigenitus patris
equalis est patri. In forma
serui etiam seipso minor est. Non
ergo merito scriptura dicit u-
trumque et equale patri filium
et patrem maiorem filio. Illud
enim propter dei formam. Hoc autem
propter formam serui intelli-
gitur. De hoc eodem in libro de
trinitate Augustinus ait. Dei filius est
equalis patri secundum dei formam
in qua est. Et minor patre secun-
dum formam serui quam acce-
pit in qua non modo patre
sed etiam spiritu sancto nec hoc tantum
sed etiam seipso minor inuentus
est. Propter quod ut idem in li-
contra Maximinum ait

Non tm patre sed etia seipo
et spu scto minor factus est
et etia minoratus paulomus
ab angelis. Est ergo dei fili
us vt ipe ait in j li. de trini.
deo patri in na equal habi
tu minor x in forma sui qz
accepit. his autoritatibus o
stenditur aperte filius tm for
ma serui minor patre et se
ipo et spiritu sancto

Hylarius aliter dicit
s. qz pater sit maior
filius tamen minor

Hylarius aut dicit videtur qz
pr sit maior filio nec tamen filius sit
minor patre. Pater em dicit
maior propter autoritatem
quia in eo est autoritas

generacionis secundum quam dicit
Pater maior me est. Et apostolus
Donauit ei nomen quod est su-
per omne nomen. Cum ergo ait
Pater maior me est, hoc est
ac diceret Donauit mihi nomen
Si ergo inquit hylarius in
ix. li. de trini. Donatis au-
toritate pater maior est.
Nunquid per domini confessionem
filius minor est. Maior ita-
que donans est sed minor iam non
est cum unum esse donatur. Ait
enim Ego et pater unum sumus.
Si non hoc donatur Iesu ut
confitendus sit in gloria dei
patris minor patre est. Si
autem in ea gloria dei donatur
esse quam pater est habes et in

donantis autoritate quia
maior est et in donatis con-
fessione quia unum sunt Ma-
ior itaque pater filio est et pla-
ne maior Cum tamen donat es-
se quatus est ipse cum inmas-
cibilitatis esse imagine sa-
cramento nativitatis impar-
tit quem ex se in forma sua
generat Audisti lector quid su-
per hoc dicat hilarius cuius
verba ubicumque occurrerint
diligenter nota pieque intellige

## De missione spiritus sancti quam invisibiliter mittitur

Iam nunc accedamus ad
assignandam missionem
spiritus sancti quam invisibiliter mittitur
in corda fidelium Nam ipse

spūs sctus qui deus est ac tri-
cia in trinitate persona ut
supra ostensū est a pre et
filio ac seipso tpalr procedit
id est mittitur ac donatur fide-
libus sed que sit ista missio
sine donacō uel quō fiat
considerandum est

Premittitur qddam
ad hanc ostēsionem
nccm s. qz spūs s.
ē caritas qua di-
ligimus deum et
proximum

Hoc aūt ut intelligibilius
doceri ac plenius pspici uale-
at premittendū est qddam
ad hoc ualde nccm Dictum
quidem est supra et sacrę au-
toritatibus ostensum qz spūs s.

amor est patris et filij quo
se invicem amat et nos. His
aut addendum est quod ipse idem
spiritus est amor sive caritas
quia nos diligimus deum et pro-
ximum quia caritas est cum ita sit
in nobis ut nos faciat dili-
gere deum et proximum tunc
spiritus sanctus dicitur mitti vel da-
ri nobis et quia diligit ipsam di-
lectionem qua diligit proximum
in eo ipso deum diligit quia
ipsa dilectio deus est et spiritus sanctus.
Autoritatibus ita esse
confirmat
Ne aut in re
tanta aliquid de nostro influere
videamur sacris autoritati-
bus quod dictum est corroboremus
De hoc Augustinus in viij libro de trinitate

dilectio creata
participata
exemplata

Alia dilectio increata resultat in dilectionem creatam in suo exemplari, scilicet in speculo suo increata. Diligitur in dilectione creata sicut in speculo sic causa exemplaris in exemplato

Secundum modernos doctores

ait Qui proximum diligit con-
sequens est ut ipsam precipue
dilectionem diligat Deus autem di-
lectio est consequens ergo est
ut precipue deum diligat Ita-
tem in eodem deus dilectio est ut
ait Johannes apostolus Ut quod ergo
imus et currimus in sublimia
celorum et ima terrarum quen-
tes eum qui est apud nos si
nos apud eum esse velimus Nemo
dicat Non novi quod diligam
diligat fratrem et diligat eandem
dilectionem Magis enim novit
dilectionem quam diligit quam fratrem
quem diligit Ecce iam potes no-
tiorem deum habere quam fratrem pla-
ne notiorem quia presentiorem quia in-
teriorem quia certiorem Amplectere

dilectom deu et dilecton a-
plecte deus ipa est dilecto q
oms bonos angelos et os
dei seruos consociat vinculo
sanctitatis Quato ergo sa-
ctores sumus a tumore sup-
bie tato sumus dilecton ple-
niores et quo nisi deo ple-
nus est qui plenus est dilecto
ne his uerbis satis Augu-
ondit qi dilecto ipa qua di-
ligimus deus uel proximum
deus est Sed adhuc aperti-
us in eodem libro subdit di-
cens Dilectom qua comen-
dat Johannes apostolus Attenda-
mus Qui diligit inquit fra-
trem in lumine manet et scan-
dalum in eo no est Manifestu

est qn iustitie perfectoz i
fratris dilection posuerit.
Naz in quo scandalu non
est utiqz perfectus e. Et tn
videtur dilectoz dei tacuisse
quod nuqz faceret nisi qz
in ipa fraterna dilection
vult intelligi deus. Aperti-
ssime enim in eade epla pau-
lopost ait. Ita dilectissimi di-
ligamus inuicem qz dilectio
ex deo est. Et omnis q dili-
git ex deo natus est et cognouit
deus. Qui no diligit no
cognouit deus qz deus dilectio
est. Ista contextio satis aper-
te declarat eande ipaz frater-
naz dilectoz (na fraterna di-
lectio est q diligimus inuicem)

no solus ex deo est sed etiam
deus esse tanta autoritate
predicari. scilicet Johannis. Cum
ergo dei dilectionem diligimus
fratres de deo diligimus fra-
tres nec fieri potest ut eandem di-
lectionem non precipue diligamus
qua fratres diligimus quoni-
am deus dilectio est. Item qui
non diligit fratres non est in di-
lectione et qui non est in dile-
ctione non est in deo quia de-
us dilectio est. Ecce aperte di-
cit fraternam dilectionem deum esse

Quod fraterna dilectio
cum sit deus non est pater
vel filius sed spiritus sanctus.

Cum autem fraterna dilectio sit
deus nec pater est nec filius sed
tantum spiritus sanctus quod proprie in trinitate

dilectio uel caritas dr. Unde
Augu. in xv li. de trin. Si
in donis dei nil est maius
caritate et nullus est maius
donus dei quam spiritus sanctus quid
consequentius est quam ut ipse
sit caritas que dr et deus et
ex deo. Ita enim ait Johannes di
lectio ex deo est et paulo post
Deus dilectio est. Ubi manifestat
eam se dilectionem dixisse deum
quam dixit ex deo. Deus ergo ex de
o est dilectio. Item in eodem Johannes
volens de hac apertius loqui In
hoc inquit cognoscimus quia in
ipso manemus et ipse in nobis quia
de spiritu suo dedit nobis. Spiritus
itaque sanctus de quo dedit no
bis facit nos in deo manere

et ipm in nobis. hoc aut fa-
cit dilectio. Ipe est ergo deus
dilectio. Ipe igitur significat
ubi legitur deus dilectio e. Ex
his ergo aparet qd spiritus
sanctus caritas est

Q no est dictu per
cam illud deus cari-
tas est sicut illud
tu es pacia mea
et spes mea

Sed ne forte aliqs dicat il-
lud esse dictu per expressiem
cause deus caritas e. eo qi cari-
tas sit ex deo. et no sit ipe
deus sicut dr. Deus nra pacia
est. et spes. no qi ipe sit ista
sed quia ista ex deo sit. Occur-
rit Augn. ondens hoc non
esse dictu per causam sic illa

in xv libro de trini ita dicitur
Non dicturi sumus caritatem
non propterea esse dictam deum quia
ipsa caritas sit ulla substantia que
dei digna sit nomine sed quia
dominus sit sicut dictum est deo
Tu es patientia mea quia dei
substantia est nostra patientia sed quia
ab ipso nobis est Unde alibi
Ab ipso est patientia mea Hunc
enim sensum facile refellit scri-
pturarum ipsa locutio Tale enim
enim Tu es patientia mea qua-
le est Domine spes mea et de-
us meus misericordia mea est multa
similia Non est autem dictum Do-
mine caritas mea aut tu es
caritas mea aut deus caritas
mea Sed ita dictum est

Deus caritas sicut dictum est
deus spiritus est. Hoc quod non di-
scerni intellectum a domino
non exposicionem queant a nobis
Non enim apercius quicquam possumus
dicere. Deus ergo caritas est. Ex pre-
dictis clarescit quod spiritus sanctus
caritas est qua diligimus
deum et proximum. Unde faci-
lius est nobis ordinem quo spiritus
mittatur sive detur nobis.
Quo spiritus sanctus mitta-
tur vel detur nobis
Tunc enim spiritus sanctus mitti vel
dari dicitur cum ita in nobis est ut
faciat nos diligere deum et
proximum per quod manemus
in deo et deus in nobis
Unde Augustinus hunc missionis

modū insinuās in xv lib.
de trin ait Deus spūs s.
q̄ procedit ex deo cū datus
fuerit homī attendit eū ad
diligendū deū et proxim
et ipe dilcto est Non enī ha-
bet hō vnde diligat deū ni-
si ex deo Ecce quō dat vel
mittitur nob spūs sctus rn
quod dicitur datus sive do-
nus Qd donū comedat Au-
gu explanās apercius quō
detur in eodē libro Dilcto
inquit dei diffusa ē i cor-
dibus nris ut ait aplus p spi-
ritus sctus qui datus ē nob
Nullus est isto dono dei
excellencius Solus est qd di-
vidit filios regni et filios

perdicionis. Sanctus et alia per
spiritum munera, sed sine cari-
tate nil prosunt. Nisi ergo tan-
tum imparciatur cuiquam spiritus
sanctus ut eum dei et proximi
faciat amatorem, a sinistra non
transfertur ad dexteram. Neque spi-
ritus sanctus proprie dicitur donum, ni-
si propter dilectionem, quam qui non
habuerit, et si loquatur omnibus
linguis, et habuerit prophetiam
et omnem scientiam, et omnem fidem
et distribuerit substantiam suam, et tra-
diderit corpus suum, ita ut ardeat
non ei prodest. Quantum ergo bo-
num est, sine quo ad eternam
vitam neminem tanta bona per-
ducunt. Ipsa vero dilectio vel cari-
tas (nam unius rei nomen est)

utrumque) perducit ad regnum /
Dilectio ergo que ex deo est et de-
us proprie spiritus sanctus est per quem
diffunditur in cordibus nostris
deus caritas per quam nos tota
inhabitat trinitas Quocirca
rectissime spiritus s. cum sit deus
vocatur etiam donum dei Quod
donum proprie quod nisi caritas in-
telligendum est que perducit ad
deum Ecce hoc aperitur quod su-
pra dictum erat s. quia caritas
sit spiritus sanctus et donum exce-
lentius et quomodo hoc donum i.
spiritus sanctus detur nobis s. cum
ita impartitur amicus i. ita
habet esse in aliquo ut eum faci-
at dei et proximi amatorem
Quod cum facit tunc autem dari

dicitur sive mitti alicui
et tunc ille dicitur proprie ha
bere spiritusanctum.
Utrum concedendum sit quod
spiritusanctus augeatur in
homine vel magis vel
minus habeatur vel detur
hic queritur si charitas
spiritusanctus est cum ipsa au
geatur et minuatur in homine
et magis et minus per diversa
tempora habeatur. utrum
concedendum sit quod spiritusanctus
augeatur vel minuatur in
homine et magis et minus
habeatur. Si enim in homine
augeretur et magis et minus
datur et habetur. muta
bilis esse videtur. deus autem
omnino immutabilis videtur

Videtur ergo quod vel spiritus sanctus
non sit charitas. vel cha
ritas non augeatur vel mi
nuatur in homine. Item cha
ritas et non habenti datur
ut habeat. et habenti ut
plenius habeat. Si ergo
spiritus sanctus charitas est. et
non habenti datur ut ha
beat. et habenti ut plenius
habeat. Sed quomodo datur non
habenti: cum ipse ut deus
sit ubique. et in omnibus cre
aturis totus. et quomodo
plenius datur vel habetur
sine sui mutatione.

Responsio ad primam questionem

Hiis itaque respondemus di
centes quod spiritus sanctus sine

charitas penitus immuta
bilis est. nec in se auget
uel minuit: nec in se re
cipit magis uel minus sed
in homine. uel potius homini
auget et minuit: et magis
uel minus datur uel habetur
Sicut deus dicitur magnificari
et exaltari in nobis. qui
tamen in se nec magnificatur
nec exaltatur. Unde propheta
Accedat homo ad cor al
tum et exaltabitur deus. Super
quem locum ait autoritas.
Deus non in se. sed in cor
de hominis grandescit. Sic go
spiritus sanctus homini datur. et da
tus amplius datur. et auget
Et magis et minus habetur

et tamen immutabilis existit.

## Responsio ad secundam

Cumque ubique sit et in omni creatura totus. sunt tamen multi qui eum non habent. Non enim omnes spiritum sanctum habent. in quibus est. alioquin et irrationabiles creature habrent spiritum sanctum. quod fidei pietas non admittit.

## Autoritate confirmat utramque responsionem

Ut autem certius fiat quod diximus. auctoritate confirmamus quod spiritus sanctus magis ac minus percipiatur et homini augeatur. Et non habenti detur. et habenti ut plus habeatur. Augustinus ondit super Joh. dicens.

Sine spusscto constat nos
chrm non diligere et eius
mādata seruare nō posse
Et id nos posse atq; agere
tanto minus quanto illuz per
cipimus minus. tanto vero am
plius quanto illuz percipimus
amplius. Ideoq; nō soluz nō
habenti. verecia habenti nō
incassuz promittitur.
Non habenti quidez ut habe
atur. habenti aut ut amplius
habeatur. Nam si ab alio
minus et ab alio amplius
nō haberetur. sanctus lhelis
seus. sancto helie nō diceret
Spus qui est in te duplo
sit in me. Chro aut qui
est dei filius nō ad mensuraz

datus est spus. Neq; em
sine gra spusscti est medi
ator dei et hom homo chrs
q em est vnigenitus dei fili
us equalis patri. no est gra
cie sed nature. q aut in
vnitatem persone vnigeni
ti assumptus est homo. gre
est. no nature. Ceteris aut
ad mensura datur. et datus
additur. donec vnicuiq; pro
modo sue pfectois ppria
mensura compleatur. Ecce
expresse habes. q spusscti
magis et minus datur vl' ac
cipitur. et homi datus au
getur. et hnti et no hnti datur
q spusscti est charitas q
no habenti datur. et i hnte

augetur et proficit. Immo ut ve
rius et magis proprie loquar.
Homo in ea proficit et defi
cit aliquando. et tunc ipsa dicitur
proficere uel deficere. que
tamen nec proficit nec deficit
in se. quia deus est. Unde Aug.
in omel. ix. super epistolam Joh.
ait. probet se quisque quantum
in illo profecerit charitas
vel potius quantum ipse profe
cerit in charitate. Nam si
charitas deus est. nec de
ficit nec proficit. Sic ergo in
te proficere dicitur charitas.
quia tu in ea proficis. Ecce
quod intelligendum sit cum
dicitur spiritus sanctus augeri in nobis
quia nos in eo scilicet proficimus

sic et alia huiusmodi.

Et aliqui dicunt spiritum sanctum non esse charitatem qua diligimus deum et proximum

Supra dictum est quod spiritus sanctus charitas est patris et filii quia se invicem diligunt et nos. Et ipse idem est charitas que diffunditur in cordibus nostris ad diligendum deum et proximum. Horum alterum omnes catholici concedunt. scilicet quod spiritus sanctus sit charitas patris et filii. Quod autem ipse idem sit charitas qua diligimus deum et proximum a plerisque negatur. Dicunt enim Si spiritus sanctus charitas est patris et filii et nostra. Eadem ergo charitas est qua deus diligit nos. Et qua nos diligimus

eum. hoc aut sctor auctes
negare videntur. dicit enim
Aug. in li. de spu et lra. vn
est dilectio nisi vn et ipsa
fides. i. a spusctio. Non esset
enim in nobis. nisi diffudere
tur in cordibus per spiri-
tum. Charitas aut dei dicta
est diffundi in cordibus nris
non qua nos ipe diligit.
sed qua nos facit dilecto
res suos. Sic iustitia dei
dr qua nos iusti eius mu
nere efficimur. et domi salus
qua nos saluat. et fides chri
qua nos fideles facit. his
verbis videtur monstrari di
stinctio inter charitate qua
nos deus diligit. et qua nos

diligimus. Et sic iusticia nra
dr dei. non q ipe sit ea iu
stus. sed quia ea nos iustos
facit. sicut et fides et salus.
Sic vidr dicta dei charitas
que est in nobis. no q ipe
ea diligat. sed qr ea nos
diligere facit. De hoc etiam
idem Aug. in li. xv. de trini.
ait Cum Johes commemoras=
set dei dilectionem no qua nos
eum. sed qua ipe dilexit
nos. et misit filium suum libe
ratorem pro pctis nostris.
Ecce et hic videtur manifeste
dividere dilectionem qua nos
diligimus deum. ab ea qua
ipe diligit nos. Si ergo
inquiunt spiritus sanctus dilectio est

qua deus diligit. et qua nos
diligimus. duplex dilectio est
immo duo diuisa est. quod ab
surdum et a veritate longe est.
Non est ergo dilectio qua di
ligimus. sed qua deus tan
tum diligit nos.

## Responsio ad predicta determinans auctores.

Hiis respondemus predictarum
autoritatum verba determinan
tes hoc modo. Charitas dei
dicta est diffundi in cordi
bus nostris. non qua ipse nos
diligit sed qua nos diligere
facit etc. Hiis verbis non di
uiditur nec diuisa ostenditur
charitas qua deus nos
diligit ab ea qua nos

diligimus. sed potius cum sit
una et eadem charitas. et
dicatur ipsa dei charitas. et
diuisis de causis et rationibus
dei charitas appellari in
scriptura ostenditur. dicitur enim
dei charitas. vel quia deus
ea diligit nos. vel quia nos
ea sui dilectores facit.

Determinatio prime auctoritatis

Cum ergo ab apostolo dicitur chari
tas dei diffundi in cordibus
nostris. non est dicta charitas
dei qua diligit nos. sed
qua facit nos diligere. i.
non ibi appellatur charitas
dei. eo quod deus nos ea di
ligit. sed eo quod nos ea sui
dilectores facit. Et quod ea

racone possit dici charitas
dei: qz nos ea diligere fa
cit. ex simili genere locuc
nis ondit. sic dr iusticia
dei qua nos iustificat. et
domi salus qua nos sal
uat. et fides chri qua nos
fideles facit.

## Determinacio secunde.

Silr et aliaz exponimus au
toritatez: vbi ait dilectoez
dei comemorari. no qua nos
eu. sed qua ipe dilexit nos.
ac si diceret. comemorat di
lectoez dei. no sm q ea
nos diligimus deu. sed sm q
ipe ea diligit nos.

## Aliud obiciunt.

Sed aliud est inquiunt quod

magis urget. dixit enim
supra Aug. quod dilectio est
a spiritu sancto. a quo fides. Sicut
fides non est spiritus sanctus a
quo est. ita nec charitas.
Quomodo ergo spiritus sanctus est. si ab
ipso est. Nam si ab ipso est
a ipse est. ergo spiritus sanctus a
seipso est. Ad quod dicimus
Spiritus sanctus quidem a seipso
non est. sed tamen a seipso datur
nobis. ut supra dictum est.
Dat enim se ipsum nobis spi
ritus sanctus. Et ex hoc sensu
dictum est. quod charitas ab
ipso est in nobis. et tamen ipsa
spiritus sanctus est. fides autem
est a spiritu sancto. et non est spi
ritus sanctus. quia domini vel

datū solūmō ē nō deus dās.
Q alias inducūt rōes
ꝛ auctes ad idē pbādū

Alias quoqꝫ inducūt raciō
nes ad idez ondēdūz. s. q
charitas nō sit spūssctus
qꝛ charitas affectio mē
tis est ꝛ motus animi
spūssctus vero nō est affe
ctio animi uel motus mē
tis qꝛ spūssctus immutabil
est ꝛ increatus. Nō ergo charitas
Q charitas est motus
uel affectus animi.

Quod aūt charitas sit af
fectio animi ꝛ motus mentis
auctibus ꝯfirmāt. Dicit
em Aug. in iii. li. de doc
trina chriana Charitatē

uoco motū animi ad fruē
dū deo / propter ipm̄ · et se ac
proximo propt' deum / Idem
in libro de moribus ecclie
catholice · tractans illud ver
bū apli / Nec mors nec
vita · poterit nos separare
a charitate dei / Charitas
dei inquit dicta est virtus
que animi nri rectissima
affectio est / que coniungit
nos deo / qua eū diligimus
Ecce his verbis exprimitur
quod charitas est affectio / et
motus animi / ac per hoc
nō videtur esse spūssitus
Rnsio determinans auctes
Ad quod dicimus hoc ita di
ctū esse sic dr / Deus est

spes nr̄a ⁊ paciencia nr̄a
qꝛ facit nos sperare ⁊ pati
Ita charitas dr̄ esse motus
siue affectio animi. quia
per eā mouetur ⁊ afficitur
animꝰ ad diligendū deum
Non aūt mireris si chari
tas cū sit spūs sctꝰ dicatur
motꝰ mētis: cū ec̄ in li.
Sap. dicatur de spū sapie
qui attingit a fine vsqꝫ ad
finē. qui est actꝰ. mobil'
certꝰ. incoinquinatꝰ Quod
nō ideo dr̄ q̄ sapia sit
mobile aliquid uel actus
aliquis. sed quia sui īmo
bilitate oīa attingit. non
locali motu. sed ut vbi sp̄
sit. ⁊ nisqꝫ inclusa teneatur

Sic ergo charitas dr̄ motus
animi: non q̄ ipa sit motus
vel affectio vel virtus anī
Sed qz per eā quasi esset
virtus: afficitur mens et mo
uetur. Sed si charitas spi
ritussctus est qui operatur
in singulis prout vult.
cū per eū mens hominis
afficiatur et moueatur ad cre
dendū vel sperandū et hmoi
sic ad diligēdū. Quare n̄
sic dr̄ charitas motus vel
affectio mentis ad creden
dū vel sperādū sic ad
diligēdū. Ad quod sane
dici potest. qz alios actus
atqz motus virtutū opera
tur charitas et spūssanctus

mediantibus virtutibus quarum
actus sunt. Utpote actum fidei
i. credere fide media. Et ac
tum spei i. sperare media
spe. Per fidem ii. et spem pre
dictos operatur actus. Dili
gendi vero actum per se tantum
sine alicuius virtutis medio
operatur i. diligere. Aliter ergo
hunc actum operatur quam alios
virtutum actus. Ideoque diffe
rent de hoc et de aliis lo
quitur scriptura que istum
specialiter charitati tribuit.
Est ergo charitas vere spiritus
sanctus. Unde Aug. premissum
verbum apostoli tractans in eodem
li. charitatem dicit esse bonum
quo nil melius est. Et per hoc

ipam esse deum significat di
cens. Si nulla res ab eius
charitate nos separat. quid
esse non solum melius. sed eci
am certius hoc bono potest
Ecce dicit quia charitate nil
melius est. Charitas ergo
spiritus sanctus est qui deus est.
et donum dei sive datum. qui
dividit singulis fidelibus
dona. nec ipse dividitur
sed indivisus singulis datur
Unde aug. ubi joh. dicit non
ad mensuram christo dari
spiritum ait. Ceteris vero
dividitur. non quidem ipse spiritus
sed dona eius.
An concedendum sit quod per
donum dentur dona.
Hic queritur cum spiritus sanctus

dis xviii

per quē diuidūtur dona ipē
sit donū. vtrū concedēdū
sit q̄ per donū diuidantur
ac dentur dona. Ad quod di
cimus q̄r per donū quod est
spūsscūs singulis propria
diuidūtur. et ipm̄ cōmuniter
omēs boni habent. Vnde
Aug. in. xv. li. de tri. ait
per donū quod est spūsscūs
in cōmune oībus membris
chri. multa dona que sūt
quibusq̄ propria diuidūtur.
Non em̄ singuli quinq̄ ha
bent oīa. sed hij illa. alij
alia. q̄uis ipm̄ donū a
quo cuiq̄ propria diuidūtur
omēs habent. s. spūsscūm
Aperte dicit p̄ donū dona

donari.

Utrum eadem ratione spiritus sanctus dicatur donum et datum sive donatum

Preterea diligenter considerandum est cum spiritus sanctus dicatur donum et datum. Utrum eadem ratione utrumque nomen ei conveniat. quod utique videri potest.

Quare ita esse videtur.

Cum enim idem sit spiritus sanctus dari et spiritus sanctus donari. ex eadem ratione videtur spiritus sanctus dici datum et donum. Hoc etiam videtur Aug. significare in xv. li. de trini. cum ait

Spiritus sanctus in tantum donum dei est inquantum datur eis quibus datur. apud se autem

deus est. et si nemini datur

Ecce aperte dicit spiritum sanctum

donum appellari. quia datur

Si autem ex eo tantum appella

tur donum. quia datur. non

ab eterno fuit donum. quia

non datur nisi ex tempore.

Responsio quare da

tum siue donatum dicatur

spiritus sanctus.

Ad quod dicimus quia spiritus sanctus

et donum dicitur et datum siue do

natum. sed datum siue do

natum. ex eo tantum dicitur quia da

tur uel donatur. quod habet

tantum ex tempore.

Hic quere donum.

Donum uero dicitur non ex eo tantum

quod donetur. sed ex proprieta

te quam habuit. ab eterno

Vnde et ab eterno fuit donum
Sempiterne enim donum fuit
non quia daretur sed quia pro
cessit a patre et filio. Vnde
Aug. in. iiii. li. de trini. ait
Sicut natum esse est filio a
patre esse. ita spiritus sancti do
num dei esse est a patre pro
cedere et a filio. Hic aperte
ostenditur quod spiritus sanctus eo donum
est quod procedit a patre et fi
lio. sicut filius eo est a patre
quod natus est ab eo. Non enim
idem est filio esse a patre
et spiritus sancti. vel non ea proprietate
filius dicitur esse a patre quam spiritus
sanctus. Nam filius dicitur esse a
patre. quia genitus est ab eo.
Spiritus sanctus vero dicitur esse a patre

dy xxiij

qd donare habet

et filio. quia spiritus sanctus est donum
patris et filii. i. quia procedit ab
utroque. Eo enim dicitur spiritus quo
donum. et eo donum quo pro
cedens. Unde aug. in v. li. de
tri. ait. Spiritus sanctus qui non
est trinitas. sed in trinita
te intelligitur. in eo quod appe
dicitur spiritus sanctus. relative dicitur.
cum et ad patrem et filium refer
tur. quia spiritus sanctus et patris et
filii est spiritus. sed ipsa re
latio non apparet in hoc no
mine. Apparet autem cum dicitur
donum dei. donum est enim patris
et filii. quia et a patre procedit
et a filio. Ecce his verbis
aperte ostenditur eadem relatio
ne dici spiritum sanctum et donum

Donū aūt qz procedit a
pre ⁊ filio. proprietas ergo
qua dr spūssctus vel donuz
processio ipa est de qua
post plenius agemus cū alijs
Cum ergo ab etno processe
rit ab vtroqz ⁊ ab etno do
nū fuit. nō ergo spūssctus eo
tm dr donū quia donatr.
nā ⁊ ante fuit donū qz do
naretr. vn Aug. in v. li.
de tri. ait Semper spūssctus
procedit. ⁊ nō ex tempore
Sed ab etnitate procedit.
Sz quia sic procedebat vt
esset donabile. ia donum
erat. anteqz esset cui do
naretr. Aliter enī intelligr
cū dr donuz. aliter cū dicitr

donatū. naz donū potest
esse etiā anteqz detur. do
natū aūt nisi datū fuerit
nullo mo dici potest. Sem
piterne ergo spūs est donū
tēporaliter aūt donatū. his
verbis aperte ondituz. q
sicut spūssectus ab eterno
procedit. ita ab eterno donū
est. nō qz donaretur a
pre filio. vel a filio pat'
sed qz ab eterno procedit donabilis
Queritur cui donabilis
Sed queritur cui donabilis
vtz pri vel filio. an tm no
bis qui nondum eramus. Si
aūt nō erat donabil' pri
et filio. sz tm nob. et ex eo
donū erat. qz sic donabil'

procedebat. videtur quod filius
semper eadem ratione donum
fuerit. quia ab eterno processit
a patre donabilis nobis in
tempore. nam et de filio legitur
quod datus est nobis. Ad quod di
cimus. quia spiritus sanctus nobis tantum
(non patri vel filio) donabi
lis processit. sicut et nobis
tantum datus est. Et filius vere
datus est nobis. et ab eter
no processit a patre. non
ut donabilis tantum. sed ut ge
nitus qui et donari posset
processit ergo ut genitus
et donabilis. sed spiritus sanctus
non procedit ut genitus
sed tantum ut donum. Donum
autem semper fuit. non solum

quia donabilis. sed quia ab
utroque processit. et quia dona
bilis fuit. Unde aug. in v.
li. de tri. ait. Eo ipso quod da
turus erat eum deus. nam
donum erat. etiam antequam
daretur. Et ideo donabilis
Sed aliter donabilis quam filius
Nam et aliter datus et aliter
processit quam filius. Filii enim
processio genitura est. vel
nativitas. Spiritus sancti vero
processio nativitas non est
utraque vero ineffabilis est.
Quia sicut filius nascendo ac
cepit non tantum ut esset
filius. sed etiam essentia.
ita et spiritus sanctus procedendo
accepit non tantum ut esset
donum. sed etiam ut esset essentia
Et notandum quod sicut filius

nascendo accepit. non tm
ut esset filius sit. sz omno
ut sit. et ut ipa suba sit.
Ita et spusscus a pre et filio
procedendo accepit. non tm
ut spusscus sit vel donus
Sed etiam ut omo sit. et ut
suba sit. quod utiqz non
accepit ex eo quod datur.
Nam cum non detur nisi ex
tpe. si hoc haberet ex eo
q datur. accepisset go ex
tpe ut esset. Vn Aug. in li.
de trini. v. filius non hoc tm
habet nascendo ut sit filius
sed omno ut sit. Queritur
go. utrum spusscus eo q datur
habeat non tm ut donum sit
Sed omo ut sit Quod si non

dis 18

est nisi quia datur. Id est si
non habet esse nisi eo quod da
tur. Sicut filius nascendo ha
bet non tantum ut sit filius
quod relative dicitur sed omnino
ut sit ipsa substantia. Quomodo
iam spiritus sanctus erat ipsa substantia
cum non prius daretur quam
esset cui daretur. Non ergo eo
quod datur sed procedendo ha
bet ut sit donum et ut sit
essentia. Sicut filius non eo
quod datus est sed nascendo acce
pit non tantum ut sit filius sed
ut sit essentia. Unde Aug. xv.
li. de trini. ait. Sicut filio
prestat essentiam sine initio
temporis sine mutabilitate
nature de patre generatio

ita spiritui sancto prestat es
sentiam sine ullo initio temporis
sine ulla mutabilitate na
ture de utroque processio.
Quod ex predictis videtur quod
filius non tantum sit filius na
tiuitate sed etiam de simili
essentia et spiritus sanctus processione.
Hic oritur quod si filius na
scendo habet non tantum ut sit
filius sed ut sit essentia et
spiritus sanctus procedendo non tantum
ut sit donum sed ut sit essen
tia ergo et filius natiuitate
essentia est et spiritus sanctus pro
cessione est essentia cum ali
bi dicatur quod nec pater eo
pater est quo deus nec filius
eo filius quo deus nec spi
ritus sanctus eo donum quo deus

Quia ut ait Aug. in vii. li.
de tri. his omnibus relatiua
eorum ostenduntur. non essentia
vnde post plenius agemus. Ad
quod breuiter respondentes
dicimus: quia nec filius natiui
tate essentia est. sed tantum fi
lius. Nec spiritus sanctus proces
sione essentia est. sed do
num tantum. et tamen vterque
et ille nascendo. et iste pro
cedendo accepit ut esset
essentia. Non enim ut ait
Hylarius in v. li. de trini.
per defectionem aut proten
sionem aut derivationem ex deo
deus est. sed ex virtute natu
re in natura eandem nativita
te subsistit filius. et ex virtute

nature in naturā eandem
processiōe subsistit spūssctus
Exponit verba hylarii.
Quod ita intelligi pōt ex
pre qui est virtus ingenita
naturā quā habet eandem
filius natiuitate id est na
scendo. Et spūssctus processiōe
id est procedendo habet.
Vn ipe idem apcius eloquens
quod dixerat aperit dicens
Natiuitas inquit dei non
potest nō eam de qua pro
fecta est tenere naturam
Non em aliud qz deus sub
sistit quod nō aliunde qz de
deo subsistit Ecce his vbis
aperitur quomō intelligendū
sit illud De pre generacō

prestat eēntiaz filio / ⁊ de
vtroqz processio prestat es
sentiā spūsctō / Non qz ille
eēntia sit filiꝰ / ⁊ iste eēn
tia sit spūsctꝰ / imo ꝓprie
tate ꝑsonali / sed qz ⁊ ille
nascendo / ⁊ iste procedendo
essentiā habet / eandem et
totā que in pr̄e est.

Qz spūsctus dr̄ donū
⁊ donatū sm duos pdi
ctos modos processionis

Ex predictis patet qꝫ spūs
sanctꝰ sempiterne donū est.
⁊ temporaliter datū uel do
natū / Ex quo apparet illa
distinctio gemine processionis
de qua supra egimꝰ / Naz
sm alterā processionē dr̄
donatū uel datum / sm al

teram vero dr donum.
Scdm hoc q donu est
refert ad prem et filiu
sm q datu ad eu qui
dedit et ad eos qbus dedit.

Et sciendu hoc quod sepit
ne donu est refert ad pa
trem et filiu sm hoc vo q
dr datu vel donatu et ad eu
qui dedit refertur et ad eos
quibus datur. vn Aug. in v.
li. de tri. ait Quod datu
est et ad eu qui dedit re
fert et ad eos quibus dedit
Ctaqz spusctus no tm pris
et filij qui dederut sz etia
nr dr qui accepimus. Spus
go et dei est qui dedit. et
nr qui accepimus no ille spus
nr quo sumus qz ipe e spus

est hominis qui in ipso e
quamvis et illius spiritum qui
hominis dicitur utique accepimus
Sed alter iste alter ille
nostrum dicitur Aliud est enim quod
accepimus ut essemus ali
ud quod accepimus ut sancti
essemus. Quod autem spiritus sanctus
nostrum dicatur scriptura ostendit.
Scriptum est enim de Johanne
quod in spiritu Helie veni
ret Ecce dictus est Helye
spiritus quem accepit Hely
as. s. spiritus sanctus Et Moysi ait
dominus Tollam de spiritu
tuo. et dabo eis. id est dabo
illis de spiritu sancto quem
iam dedi tibi Ecce et hic
dictus est spiritus Moysi.

patet igitur. quia spiritus sanctus noster
dicitur spiritus. sed noster quia nobis datus
et datus utique ad hoc ut sancti
essemus. Spiritus vero creatus
ad hoc est datus ut essemus

## An filius cum sit nobis datus posset dici noster ut spiritus sanctus.

Hic queritur utrum et filius
cum sit nobis datus dicatur
vel possit dici noster. Ad quod
dicimus quia filius dicitur noster pa-
ris noster redemptor et huiusmodi
sed non dicitur noster filius. quia
filius dicitur tantum relative ad
eum qui genuit. Et ideo noster
filius non potest dici. sed patris
tantum. In eo autem quod dicitur datus
et ad eum qui dedit. et ad eos
quibus datus est refertur.

ut spūssctus qui etiā cū
in scriptura (ut̄s dictū est)
dicatur spūs nr̄ vel spūs
tuus vel illius ut de Moy
se ⁊ lhelia dictū est. nisq̄
tn̄ in scriptura occurrit ita
dici spūssctus nr̄ vel tuus
vel illius sed spūs noster
vel tuus vel illius q̄z spūs
sctus eo dr̄ quo donū ⁊ utr̄
q̄z relative dr̄ ad patrem
⁊ ad filiū ⁊ hoc sempiterna
relacōe Si tn̄ aliqn̄ dr̄ do
nū nr̄m accipitur donum
pro donato vel dato Cū
vero donū accipitur eo modo
quo spūssctus donū patris
⁊ filii dr̄ non hominis
ita ⁊ filius sub hac appel

latione non potest dici nr ut di
catur filius nr sicut nec
dr spiritus sanctus nr ~~et de spiri~~
~~tu spiritus nr~~ et tamen de fi
lio dr panis nr et de spiritu
spiritus nr ille nr panis
qz nos reficit nobis datus
iste nr spiritus qz nobis inspi
ratur a patre et filio et in nobis
spirat sicut vult. Unde Augu.
in xv li. de tri. ait. Quod
de patre natum est ad patrem
solum refertur cum dr filius
Et ideo filius patris est et non
nr. Dicimus tamen et panem
nrm da nobis sicut di
cimus spm nostrum.

Utrum spiritussanctus ad
seipm referatur.

Post hec queritur utrum

dis 18

spiritussctus ad seipm refe
ratur. hoc em videtur ex
predictis posse probari. Si
em quod datur: refertur
ad eum qui dat. et ad eu
cui datur. et spussctus datur
a seipo. ut predictu est.
go refertur ad se ipm.
Huius qonis determinacoez
in posteru differimus donec
tractemus de his que rela
tiue dicuntur de deo ex tpe
in qbus datu et donatu ctinetur

## Hic de Equalitate triu personarum.

Nunc postqz coeternitate
triu psonaru pro modulo
facultatis nre insinuauimus
iam de earudez equalitate

dis decia nona

aliquid eloqui super est.
Fides enim catholica sicut
coeternas. ita et coequales
tres personas asserit. Eq̄
lis est enim in omnibus patri fi
lius. et patri et filio spūsctus
Quia ut ait Aug. in li. de
fide ad petrū. breuiter api
ens quomodo intelligatur eq̄
litas. docet. Illius horū aliū
aut precedit eternitate. aut
excedit magnitudine. aut
superat potestate. quia nec filio
nec spūsctō quantum ad na
ture diuine vnitatē pertinet
Aut anterior aut maior est
pater. nec filius spiritusctō
Eternū quippe et sine inicio
est. quod filius de natura patris

extitit: et eternum ac sine inicio
est. quod spiritus sanctus de natura
patris filiique procedit. Ob hoc
ergo tres: unum recte ~~recte~~ cre
dimus et dicimus deum: quia una
prorsus eternitas: una immen
sitas: una naturaliter est
trium personarum divinitas.
Ecce breviter assignavit
Augu. in quo trium personarum
consistat equalitas: scilicet quia
alia aliam non excellit: aut
eternitate: aut magnitudi
ne: aut potestate.
Quia eternitas et magnitu
do et potestas in deo sunt u
num. licet ponantur quasi diversa
Cumque enumerentur ista quasi
diversa: in deo tamen unum et idem
sunt. scilicet essencia divina simplex

et incommutabilis. Unde Augu-
in vii de trini. Non alio ma-
gnus alio deus est sed eo
magnus quo deus quia non
est illi aliud magnum esse a-
liud deum esse. Eadem quippe
eius magnitudo est que vir-
tus et eadem essencia que ma-
gnitudo. Pater ergo et filius
simul una essencia et una
magnitudo. Sicut eciam et pote-
ncia dei et essencia divina est.
Unde Aug. in vii libro confes.
voluntas et potencia dei deus
ipse est. Eternitas quoque dei
essencia divina est. Quod Aug.
ostendit super illum locum psal.
In generacione et generacionem
anni tui. Est generacio gene-

racionum que non transit
collecta de omnibus generacio
nibus .x. sancti. In illa erunt
anni dei qui non transeunt
.x. eternitas dei. Non enim
sunt aliud anni dei. aliud
ipse. sed anni dei eternitas
dei est. Eternitas vero ipsa
dei substancia est. nihil habens
mutabile. In concusse ergo te
neamus quod unum et idem est.
s. essencia divina. dei eternitas
potencia. magnitudo. et tamen
consuevit scriptura hec et
his similia quasi distincte
ponere. In his ergo verbis
trium personarum equalita
tem breviter complexus est
Aug. quia alius alium nec eterni

tate. nec magnitudine nec
potencia superat. quod autem
eternitate aliqua trium per
sonarum aliam non excedat su
pra ostensum est. ubi coeterni
tas trium personarum insinuata est.

hic de magnitudine quod
ea aliqua personarum aliam non
excedit.

Nunc igitur superest ostendere
quod magnitudine vel potencia
alius alium non excedat. et
prius de magnitudine videamus.
Quod est non maior una per
sona alia. nec maius a
liquid due quam una. nec
tres vel due quam una.

Sciendum est ergo quod pater
non est maior filio. nec pater
vel filius maior spiritu sancto.
nec maius aliquid due per
sone simul sunt quam una. nec

tres sil' maiꝰ aliquid q̄z due
Nec maior est essencia in tri
bus q̄z in duabus. nec in du
abus q̄z in vna. q̄z tota ē
in singulis vn̄ Joh'. damas.
ait Confitem̄r deitatis na
turā omēm perfecte esse
in singula suaꝝ hypostase
on .x. personarū omnem
in pr̄e. omēz in filio. om
nem in spūsc̄to. Ideoq̄z p̄
fectꝰ deus pr̄. p̄fectꝰ deus
filiꝰ. p̄fectꝰ deꝰ spūsc̄tus
Quo d̄r esse deꝰ pater
in filio ⁊ filiꝰ in pr̄e. ⁊
spiritussanctus in vtro
q̄z ⁊ singulꝰ in singulis
Et inde est quod pr̄ dicit
esse in filio. ⁊ filiꝰ in patre
Et spūsc̄tꝰ in vtroq̄z. ⁊ sin

gulus in singulis. Vnde Aug.
in li. de fide ad petrum propter
vnitatem naturalem totus pater
in filio et spiritu sancto est. totus quoque
spiritus sanctus in patre et filio est.
Nullus horum ex quelibet ipso
rum est propter diuine na
ture vnitatem. Ecce hic aperit
aliquatenus. Non enim plene
potest tantum ab homine refe
rari archanum. Ex qua intel
ligentia dicatur singula per
sonarum tota esse in aliis
Vnde etiam hylarius ista in
terius perquirens in li. iiii.
De trin. ait. Affert plerisque
obscuritatem sermo domini cur
dicit Ego in patre. et pater
in me est. nec immerito.

Natura enim intelligencie hu
mane racionem dicti huius non
capit nec exemplum aliquod
rebus diuinis comparacio hu
mana prestabit. Sed quod
non intelligibile est homini.
Deo possibile est. Cognoscen
dum itaque atque intelligen
dum est quid sit illud. Ego
in patre et pater in me est.
Si tamen comprehendere hoc ita
ut est valebimus ut quod
natura rerum pati non pos
se estimatur id diuine ve
ritatis racio consequatur. Pa
trem ergo in filio et filium
in patre esse. plenitudo in
utroque diuinitatis perfecta
est. quia plenitudo diuinitatis

in filio. quod in pre est
hoc et in filio est. quod in
ingenito est. hoc in genito
alter ab altero. et uterque u-
nus. Is. s. qui est. nihil ha-
poterat rogare q̄d nō rogabat
et pr exhibere quod nō exhibebat
Vterq̄z ergo poterat facere quod nō
faciebat. Aug. etiā in ench ait.

Omnipotētis volūtas multa pt
facere que nō vult nec facit potuit
em̄ facere. vt xii legiones angelorum
pugnarēt cōtra illos qui xp̄m ce-
perūt. Iste in eodem. Cur apud
quosdam nō facte sūt vtutes
que si facte fuissent egissēt illi
homines pniam et facte sūt apd
eos qui nō erāt credituri. tūc
nō latebit quod nūc latet.
Nec utiqz iniuste deus noluit
saluos fieri cū possent salui
ēe si vellent. Tūc in clarissima
sapie luce videbitur quod nūc
piorū fides hz antequam mani-
festa cognitione videatur quam
certa et immutabilis et efficacis-
sima sit volūtas dei que multa
possit et nō velit. nihil aūt qd

non possit velit. Idem in li. de
natura et gra. Dus lazarum su
scitauit in corpore. Aunq dicen
dum est. non potuit Iudam suscitare
in mente. Potuit quidem. sed noluit
His autoritatibus aliisque multis
aperte docetur. quod deus multa pos
sit facere que non vult. quod etiam
ratione probari potest. Non enim vult
deus omnes homines iustificare.
et tamen quis dubitat eum pos
se. Potest ergo deus aliud facere quam
facit. et tamen si aliud faceret
alius ipse non esset. Et potest aliud
velle quam vult. et tamen eius vo
luntas nec alia nec noua. nec
mutabilis aliquomodo potest esse. Quia
et si possit velle quod nunquam voluit
nec tamen nouit. nec noua volun

tate. sz sempr̄na tm̄ volūtate
velle pt̄. pt̄ em̄ velle q̄d ab et̄
no pt̄ voluisse. lz em̄ potēciam
volēdi. et nūc et ab eterno. q̄
tamē nec mō wlt. nec ab eter
no voluit.

An deus possit facere aliquid
melius q̄m facit.

Nunc illud ꝛstat
discutiēdū. utrū melius
aliquid possit facere q̄m facit. So
lent em̄ illi scrutatores dicere. q̄
ea que facit deus nō pt̄ meliora
facere. quia si posset facere et nō
faceret. inuidus eēt. ꝛ nō sūme bonus.
Et hoc ex simili astruere conantur.
Ait em̄ Aug. in li. lxxxiii. q. ds
quē genuit. q̄m meliorē se ge
nerare nō potuit. nihil em̄ deo

meliuis debuit eq̄lem. Si enim
voluit et nō potuit infirmus ē
Si potuit et noluit īuid⁹. Exq̄
confirmā equalē genuisse filiū.
A simili volūt dicē q̄ si pt deus
rem meliorē facē q̄m facit iui-
dus ē. Sz nō valet huius silitu-
dinis inductio quia filiū genuit
de subtia sua. Ideoqz si possz gi-
gnere eq̄lem et nō gignēt īuid⁹
eet. alia vō que nō de subā sua
facit meliora facē pōt.

Questio q̄ illi artātur

Verū h̄ ab eis rn̄dei
deposito. cur dicāt rem aliquā
siue etiā rerū vniūsitatē in qua
maior cōsūmatio exp̄ssa ē nō
posse ēē meliorē q̄m ē siue idō
quia sūme bona ē. ita ut nulla

omnino boni perfectio ei desit. Sive ideo
quia maius bonum quod ei deest
capere ipsa non valeat. Sed si ita sum
me boni dicitur ut nulla ei perfectio
boni desit, iam creatura creatori
equatur. Si vero iam non potest melior
esse quia bonum amplius quod ei deest
capere ipsa non valet, iam hoc ipsum
non posse defectionis est, non consu
mationis. Et potest esse melior si fiat
capax melioris boni, quod ipse potest
qui eam fecit. Potest ergo deus meliorem
rem facere quam facit. Unde Aug. super
Gen. Tale potuit deus hominem
fecisse qui nec peccare posset nec
vellet et si talem fecisset quis du
bitat eum meliorem fuisse. Ex predi
ctis constat quod potest deus et alia
facere quam facit et que facit meli

ora ea facere quam facit.
Vtrum alio vel meliori modo
possit facere quam facit.
Post hec considerandum
est / vtrum alio modo vel meliori quam
facit possit ea facere que facit.
Si modus operationis ad sapientiam
opificis referatur / nec alius nec
melior modus esse potest / Non enim
potest facere aliquid aliter vel me-
lius quam facit. i. alia sapientia vel
maiori sapientia / Nihil enim sapien-
tius potest facere quam facit / Si vero
referatur modus ad rem ipsam
quam facit deus / dicimus. quia et
alius et melior potest esse modus /
Et secundum hoc concedi potest / quia ea
que facit / potest facere melius / et a-
liter quam facit. / quia potest quibusdam

meliorē modū existēdi p̄ stare / et
quibusdā aliū / Unde Aug. in
xiij li. de trini. dicit. q̄ fuit et a
lius modus nr̄e liberacōis pos
sibilis deo / qui omnia p̄t / sz nullus
alius nr̄e miserie sanāde fuit cō
venientior. / Pt g° deus eorū que
facit quedā aliomō meliori / q̄dam
aliomō eqz bono / quedā etiam
minus bono facere q̄m facit / Ut tn̄
modus referatur ad q̄litatem
opis. v. creature / non ad sapien
tiam creatoris.

Utrz deus semp̄ possit omē
quod olim potuit.

Preterea queri solet.

Utrz deus sp̄ possit omē / qd olim
potuit / Qd quibzdā videt dicētibz
Potuit deus incarnari / et potuit

mori et resurgere et alia huiusmodi
que modo non potest. Potuit ergo que modo
non potest et ita habuit potentiam quam
modo non habet. Unde videtur potentia eius
imminuta. Ad quod dicimus quia sicut
omnia semper scit que aliquando sciuit
et semper vult que aliquando voluit.
nec unquam aliquam scientiam amit
tit vel voluntatem mutat quam
habuerit. ita omnia semper potest que
aliquando potuit. nec unquam aliqua
potentia sua priuatur. Non est ergo
priuatus potentia incarnandi
uel resurgendi licet non possit
modo incarnari uel resurgere.
Sicut enim potuit olim incarnari
ita et potuit modo incarnatus esse.
in quo eiusdem rei potentia mon
stratur. Ut enim olim sciuit se re

surrecturꝝ. et mō scit se resurre-
xisse. Nec ē alia scīa illud olim
sciuisse. et hꝰ mō scire. sed eadem
ōino. Et sicut voluit olim re-
surgere. et mō resurrexisse. in
quo vnius rei volūtas exprimitur
Ita potuit olim nasci et resur-
gere. et mō ipe pt natus fuisse
et resurrexisse. et est eiusdem
rei potētia. Si em posset mō
nasci et resurgere nō eet idem
posse. Verba em diuersorꝝ tpm diu-
sis plata tpibus. et diuersis
adiuncta adūbiis. eūdem faciūt
sensum. vt mō loqntes dicimus
iste pt legere hodie. cras aūt di-
cimus. iste pōt legisse vl' potuit
legere heri. ubiqz vnius rei mon-
stratur potētia. Si aūt diuersis

tpibus loquētes / eiusdem tpis
xbis et adūbijs vtam̄ / dicētes
hodie / iste pt legē hodie / et di-
cētes cras / iste pt hodie legē.
nō idem sz diūsa dicimꝰ eū pos-
se. ffateam̄ ergo deū sp posse
quicquid semel potuit. i. hre
illam potēciam quā semel
hūit / et illius omīs rei potē-
ciam cuius semel hūit / sz nō
sp posse facē omē illud quod
aliqn̄ potuit facē / pt quidē
facē aut fecisse quod aliqndo
potuit / Simlr quicq̄ voluit
et wlt. i. omēm quā hūit vo-
lūtatē. et mō habet / et cuiꝰ
cūqz rei volūtatē habuerit.
et mō hēt / nō tam̄ wlt esse
vel fieri / sz wlt fuisse vel factū

esse. Ita et de scia dei dicendum e.

De volūtate dei que ēen
cia dei est vna et eterna
et de signis eius.

Nam de volūtate
dei aliquid pro sensus
nri imbecillitate dicendum est.
Sciendum est s° quia volūtas
siue volens de deo scdm ēentia
dr. Non ē em ei aliud velle et a
liud ēe. sz omo idem. Et sic idem
est ei ēe bonū quod ēe deū. Nam
volūtas qua semp volēs est
nō affectus vel motus ē qui in
deū cadere nō valet. sz diuīa
vsia qua volēs est deus et
huiusmodi.
Qz licet idem sit deo vel
le quod ēe nō tamē pōt

dici deus esse omnia que
vult. .b.

Et licet ibidem sit
deo velle quod esse non tamen
dicendum est deum esse omnia que
vult. Quod quidam de dei volun-
tate non recte sentientes nobis
obiciunt dicentes. Si idem est
deo velle quod esse. Sed cum di-
cimus deum velle omnia que fa-
cit dicimus eum esse omnia que facit
alioquin non ibi illo verbo idem
significatur quod significatur hoc verbo
esse cum de deo dicitur. Et si ita est non
semper dicitur de deo velle secundum essentiam
Si vero secundum essentiam non dicitur
aliquando. quomodo sed dicitur de deo. Rela-
tive enim numquam dicitur. Ad quod dicimus

qz licet idem penitus sit deo velle
quod ee non tamē pt dici omnia
que vult sicut idem est deo esse
quod scire nec tamē sicut dicit
scire omnia ita qz pt dici ee oia.

Quis sit sensus horum verborum deus scit vel deus vult. Item deus scit omnia: vel vult aliquid: et quid de deo in hijs predicetur. .c.

Et vbicumqz deus dr scire uel sciens vel velle vl volēs hec de eo scdm ēentiā dicūtur. Cum em dr deus scit uel deus vult siue deus est sciens vel volens ēentia diuina pdicat. et deus ee enūciat. Cum aut addit omnia vel aliquid. vel aliqua. et dr deus scit oia. vel

wlt aliquid vel aliqua: ēēntia
quidem diuīa p̄dicat̄ nō sīpliciter
et absolute sz ita ut sciē que ipē
est oīa subiecta mōstrēt̄ z vo-
lūtati que ipa eadem est aliq̄d
uel aliqua subiecta ēē dicātur
ut talis fiat sensus: deus scit
oīa. r deus est cuius sciē que
ipius ēēntia est oīa subiecta
sūt. Simlr deus wlt hec vel
illa. r deus ē cuius volūtati q̄
ipe est hec siue illa subiecta
sūt. Volens ergo siue velle dr
deus scdm ēēntiā cuius volūtas
ēēntia est sempr̄na et īmuta-
blis licet ea varietur et trā-
seant. que ei subiecta sunt.
Que nō pt ēē iniusta vl ma-
la. quia deus est.

Qꝛ dei volūtas sūme bo
na causa est oīm que na
turaliter ~~sūt vel fa~~ sunt.
cuiꝰ cā non ē querenda · qa
nllam hꝫ cū sit eterna.

11 Hec itaqꝫ sūme bon̄
volūtas causa est oīm que
naturaliter fiūt vel facta siue
futura sūt. que nlla p̄uēta ē
causa. qꝛ eterna ē. Idoqꝫ cā
ipius querenda nō est. Qui em̄
eius cām querit. aliqꝫ maius
ea querit. cū nihil ea maiꝰ sit.
Vnde Aug. in li. lxxxiii. q. Qui
querit quare voluit d's mūdū
facere. cām querit volūtat dei.
Oīmis aūt causa efficiēs ma
ior est eo quod efficit. Nihil aūt
maius est volūtate dei. Non ꝯ

eius causa querenda est. Idem in
libro contra manicheos: Si qui di-
xerint quid placuit deo facere celum
et terram. Respondendum est eis: qui vo-
luntatem dei nosse desiderant: causas et
voluntatem dei scire querunt quod volun-
tas dei omnium que sunt ipsa sit causa.
Si enim habet causam voluntas, est aliquid
quod antecedebat voluntatem dei,
quod nephas est credere. Qui ergo dicit
quare fecit deus celum et terram,
respondendum est illi quia voluit. Voluntas
enim dei causa est celi et terre. Et ideo
maior est voluntas dei quam celum
et terra. Qui autem dicit quare vo-
luit facere celum et terram, maius
aliquid querit quam est voluntas dei,
nihil autem maius inveniri potest.
Compescat se ergo humana temeri

tas / et id quod nō est nō queat
ne id quod ~~est nō~~ est nō inueniat
Ecce hys autoritatibꝫ aperte insi
nuatur q̄ volūtatis dei causa nulla
est / et ideo querenda nō est.

Q̄ volūtas dei p̄ma et sū
ma causa est oīm. .c.

# Voluntas ergo dei

ut ait Aug. in tercio li. de trini
p̄ma et sūma cā est oīm sperū
atq̄ motionū. Nihil em̄ fit q̄ nō
de interiori atq̄ intelligibili aula
sūmi imperatoris egrediatur / scdm̄
ineffabilē iustiam. Ubi em̄ nō
operatur / quod vult dei omnipotētis
sapiā. / que pertingit a fine usq̄
ad finē fortit. et disponit omnia
suauit. / et nō solū facit ea que p
seuerātia cōsuetudinis admiratōm

nō admittūt / sz etiā ea que ꝓpter
raritatē et insolitū euētū mira
videntur. ut sūt defectꝰ lūiariū. et
terremotꝰ et monstrosi animātiū
ꝑtus / et hijs similia. quoꝝ nihil fit
sine volūtate dei. sed plerisqz non
apparet / Ideoqz placuit vanitati
phōꝝ etiā causis alijs ea attribuē /
cū oīno videē nō possent supiorem
ceteris omībz cām. v. volūtatem dei.
Itaqz nō nisi dei volūtas cā ꝑma
est sanitatis. egritudinis. ꝑmiorū
atz penaꝝ. grāꝝ et retributionū.
Hec ergo sola est vnde ortum ē
quicqꝫ est. et ipa nō est orta. sz
eterna.

## Quibus modis accipitur dei voluntas.

Hic nō ē ꝑtermittēdꝰ

nob. q sacra scriptura de volūtate
dei varijs modis loqui consueuit.
Et tamē non ē dei volūtas diuisa.
sz locutio diuisa est de volūtate.
q nōie volūtatis diuisa accipit
Nam volūtas dei vere ac pprie
dr que in ipo est et ipius ēentia
est. et hec vna est. nec multipli
citate recipit. nec mutabilitate
que inexpleta esse nō pot. de
qua pphita ait. Oīa quecūqz
voluit dūs fecit. Et apls. Volū
tati eius quis resistet. Et ali
bi. Vt pbetis que sit volūtas dei
bona et bnplacēs et perfecta.
Et hec volūtas recte appellat
bnplacitū dei siue dispositio.
Q scdm figurā dr volū
tas dei. pceptō. phibitio.

consiliū · p̄missio · opacō · et
ideo pluralr̄ dicit scr̄ptura
voluntates

Aliqn̄ v̄o scd̄m q̄ndā
figurā dicēdi volūtas dei vocat
quod scd̄m ꝓpetatē non ē volū
tas eius ut p̄ceptio · ꝓhibitio ·
cōsiliū · necnō p̄missio · ꝛ opacō
Ideoq; plr̄ aliq̄ndo scr̄ptura volū
tates dei ꝓnūciat Vnde ꝓphta
Magna opa dn̄i exquisita in
om̄s volūtates eius cū nō sit
nisi vna volūtas dei que ipe ē
plr̄ tamē dicit volūtates quia
volūtas dei vaijs modis ac ꝓ
diuisis accipit ut dictū ē Ista
etiā idem ꝓphta ꝓpt̄ multos effe
ctus mīe et iustīe plr̄ dic̄ Mīas

dñi in eternū cātabo. Et alibi.
Iustitie dñi recte letificātes cor-
da. Cū tamē in deo vna sit mīa
vna iustitia. et vna eademq;
sit mīa que iustiā .s. diuīa vsia

Quare p̄ceptio et p̄hibi-
tio et consiliū dicantur
dei voluntas.

Ideo aūt p̄ceptio et
p̄hibitio atq; consiliū cū sint
tria. dr̄ tamē vnū quotq; eorū
dei volūtas. quia ista sūt sig-
diuīe volūtatis. q̄admodū
et signa ire dicūtur ira. et di-
lectōnis signa dilectō appel-
lantur. et dr̄ iratus deus. ꝛ tn̄
non ē ira in eo aliqua. sed sig-
tm̄. que foris sūt. quibꝫ iratus
ōnditur. ira ip̄ius nomīatur.

et est figura dicendi. Secundum quam
non est falsum quod dicitur: sed
verum quod dicitur sub tropi nubilo
obumbratur. Et secundum hos tropos
diuerse voluntates dei dicuntur.
quia diuersa sunt illa que per
tropum voluntas dei dicuntur.

## Vbi voluntas dei pro precepto et consilio accipiatur.

Pro precepto dei atque consilio potest
accipi voluntas: ut ibi. Fiat
voluntas tua sicut in celo et in
terra. Et alibi. Qui facit
voluntatem patris mei qui in ce-
lis est. ipse frater meus et soror
et mater est. Et contra hanc volun-
tatem multa fiunt. Vnde Aug.
in li. de spiritu et litera. Infideles
inquit contra voluntatem dei faciunt

cū eius euāgelio non credūt
Q̄ deus non wlt ab hoī-
mbus fieri oīa que p̄cep.
uel non fieri que ꝓhibet.
Et si illa dicūtur dei volūtas:
ideo quia signa sūt diuīe vo-
lūtatis non ē tamē intelli-
gēdū deū omē illud fieri vel
le quod cuicūq; p̄cepit ul' nō
fieri quod ꝓhibuit. Precepit
em abrae īmolare filiū nec
tamē voluit nec ideo p̄cepit
ut id fieret sz ut abrae ꝓbare
fides. Et in euāgelio p̄cepit
sanato ne cui diceret ille aūt
p̄dicauit ubiq; intelliges deū
nō ideo ꝓhibuisse quin vellet
opus suū p̄dicari sz ut daret
formā hoīm laudē hūanam
declinandi.

De pmissione et opacone
vbi dicatur dei volutas

Pmissio q3 dei et o
peraco volutas dei appellant
qualr accipit Aug. in ench dicens
Non fit aliquid nisi ops fieri
velit, vel smedo ut fiat, vl ipe
faciedo. Nec dubitadu e deu
facere bene, etia smedo fieri que
cuq3 fiut male, no em hec nisi
iusto iudico dei sinit, et pfecto
bonu e ome quod iustu e. Ecce
hic manifeste hem9 dei volunta
tem appellari ipius operacom
uel pmissiom cu dicit non fieri
aliquid nisi ops fieri velit, vbi
includit et bona et mala omia
que fiut. Hoq3 apte distiguit.

quō deū velle dixerit ne eadē
rōne intelligeretur velle bona
et mala subdēs vel sinendo
vt fiat hoc q̄ntū ad mala
dicat vel ipe faciēdo hoc q̄ntum
ad bona Mala em̄ sinit fieri:
sz nō facit bona vo ipe facit.
Ioqz dixit eū velle qz et volēs
mala sinit et volēs bona opa
et ob hoc p̄missio et operatio
volūtas dei dicūtur.
Quiqz sup̄ sūt p̄posita q̄
dicūr scdm̄ tropū et ideo
distinguat lctor vbiqz p
quo eorz accipia volūtas.
Quiqz ergo sup̄ posita sūt q̄
dicūtur scdm̄ tropū dei volū-
tas: quia signa sūt dīuīe vo-
lūtatis que vna ē et īmuta-
bilis s. dei bn̄placitū Ideoqz

diligēter distinguat lector ubi de
volūtate dei scriptura ꝯmemorat
iuxta quē modū accipi oꝑteat
s. ꝑ bn̄placito dei an ꝑ aliquo
signoꝝ eius. Magna em̄ ē adhi
bēda discretio in cognitōe diuīe
volūtatis: qꝛ et bn̄placitū dei
est volūtas eius: et signū bn̄
placiti eius dr̄ volūtas eius:
Sꝫ bn̄placitū eius eternū ē
signū vero bn̄placiti nō. Et cō
sonat rerū effectibꝫ bn̄placitū
ipius: et ipi effectꝰ rerꝫ ab illo
nō discordāt. Et fit em̄ q̄d bn̄pla
cito wlt fieri et om̄e quod nō
wlt fieri neq̄q̄m fit. Nō ita āt
est de signis: qꝛ ꝑcepit ds mul
tis ea que nō faciūt et ꝓhibet
que nō cauēt et cōsulit que nō
implent.



Illi sm̄e qua dictū ē dei
volūtate nō posse cassari
que ipe est quedā videtur
: obuiare

Ic oritur q̄stio

Dictū est em̄ in supioribus et
autoritatibz cōmunitū q̄ volū-
tas dei que ipe est. Vōturqz bn̄
placitū eius cassari non pōt
qz illa volūtate fecit q̄cuqz vo-
luit in celo et in terra. cui teste
aplo nihil resistit. Quitur ḡ
quō accipiēdū sit q̄ apls de dō
ait. Qz wlt om̄s hoīes saluos
fieri. Cū em̄ non ōs salui fiāt
sz dānantur. videt vtiqz fie nō
fieri quod ds wlt fieri huāna
.s. volūtate impediēte volūta-
tem dei. Dūs qz in euāgelio

impia ciuitate compellas. Quo
ciens inquit volui congregare
filios tuos sicut gallina congre
gat pullos suos sub alis et no
luisti. Ita hec dicuntur tamquam dei
voluntas superata sit hominum vo
luntate et infirmissimis nolendo
impedientibus non potuerit facere po
tentissimus quod volebat. Ubi est
ergo illa omnipotentia qua in celo
et in terra secundum prophetam omnia
quecumque voluit fecit et quomodo vo
luntati eius secundum apostolum nichil
resistit si colligere filios ierusalem
voluit et non fecit. Hec enim predi
ctis plurimum obuiare videntur.

Solutio quomodo intelligen
dum sit illud volui con
gregare et noluisti.

Sz audiamus solucōm / ac p̄mū
quō accipiēdū sit illud q̄d dūs
ait. videamus / Non em̄ ex eo sen-
su illud dictū est / ut ait Aug. ī
ench / p̄dictā questiōm soluens /
quasi dūs voluerit congregare
filios ihrlm / et nō sit factū qd̄
voluit / qr ipa noluerit / sz potius
ipa quidē filios suos ab ipo colli-
gi noluit / qua tamē nolente fi-
lios eius collegit ipe / omēs q̄s
voluit / qr in celo et in t̄ra / nō
quedā voluit et fecit / quedā vō
voluit et nō fecit / sz oīa q̄cūqz
voluit fecit. ut sit sensus / Quo-
ciens volui congregare filios
tuos et noluisti. i. quotq̄t cōgre-
gaui mea volūtate sp̄ efficaci-
te nolente feci. / Ecce ī euidenti

positū est q̄ illa domi v̄ba su-
perioribus nō repugnat.

## Quō intelligēdū sit illud: Qui vult omnes homines saluos fieri

Aut ~~euident~~ videre restat
quō etiam p̄missa v̄ba ap̄li
p̄dictis nō contradicāt. qui de
deo loquēs ait. vult omēs ho-
mines saluos fieri. Quoꝝ oc-
casione v̄borū multi a veri-
tate deuiauerūt dicētes deū
multa velle fieri que nō fiūt
Sz nō est intelligēdū ea rōne
illud ēe dictū quasi d̄s vellet
aliquos saluari et nō saluent
Quis em̄ tam impie desipiat
ut dicat deū malas hom̄ vo-
lūtates q̄s voluerit et quādo

voluerit et vbi voluerit in bo
nū non posse ꝯuertere. Non est
vtiqꝫ vm̄ q̄d in ps̄ dr̄. Quecūqꝫ
voluit fecit. si aliqua voluit et
non fecit. et quod ē indignius
. iō non fecit. qm̄ ne fieret. quod
volebat omnipotēs volūtas hoīs
īpediuit. Ideoqꝫ cū audimꝰ et ī
sacris lr̄is legimꝰ. q̄ velit ōs
hoīes saluos fieri. nō tam̄ iō
debemꝰ omnipotētissime dei vo
lūtati aliquid derogare. sed
ita intelligē quod scr̄ptum ē.
Vult omēs homīes saluos fieri
tanqm̄ dicētur. nullm̄ hominē
fieri saluū nisi quē saluum
fieri ipē voluerit. nō q̄ nullꝰ
sit hom̄. nisi quē saluū fieri
velit. sꝫ q̄ nullus fiat saluus. nisi

que velit saluari. et ideo rogandus
est ut velit. quia necesse est fieri
si voluerit. Non enim credendus
omnipotens aliquid voluisse fieri quod
factum non sit. Sic etiam intelli
gitur illud. Illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. non quia
nullus hominum est qui non illuminetur.
sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur.
Potest et alio modo illud intelli
gi. Dum tamen credere non cogamur
omnipotentem aliquid fieri voluis
se factumque non esse. qui sine vllis
ambiguitatibus sicut in celo et in
terra. sicut veritas cantat. omnia
quecumque voluit fecit. profecto facere
non voluit quecumque non fecit. Ex his
aperte ostenditur quod deus ea voluntate
que ipse est non vult aliquid fieri

quod nō fiat / neqꝫ nō fieri
quod fiat.

## Vtrꝫ mala dei volūtate fiant an eo nolente

Ideoqꝫ cū constet omīa bona
que fiūt / eius fieri volūtate.
que si fieri nollet nllatenꝰ fie
rent / recte queri solet. Vtrꝫ et
mala omīa que fiūt. i. pcta
dei fiāt volūtate / an nolente
eo fiant / Sup hoc diuisi varia
sentiētes / sibi contradicē inueni
untur / Alii em dicūt qꝫ deus
wlt mala ēe vel fieri / non tn
wlt mala / Alii vō qꝫ nec wlt
mala ēe nec fieri / in hoc tamen
ꝯueniūt et hi et illi / qꝫ vtiqꝫ fa
tētur deum mala nō velle / Vtri
qꝫ vō rōnibꝫ et autoritatibus

inmitutur ad muniendam suam
assertionem.

## Quare dicunt quidam deum velle mala esse uel fieri

Qui enim dicunt deum mala velle
esse uel fieri suam hijs modis
muniunt intencionem. Si enim inqui-
unt mala non esse uel non fieri
vellet nullo modo essent uel fierent
quia si vult ea non esse uel non
fieri et non potest id efficere s. ut
non sint uel non fiant voluntati
eius et potencie aliquid re-
sistit et non est omnipotens quia non
potest quod vult sed impotens est si-
cuti et nos sumus qui quod vo-
lumus quandoque non valemus sed
quia omnipotens est et in nullo impotens
certum est non posse fieri mala vel

esse nisi eo volente. Quo enim
muito eo et nolente posset ab
aliquo malum fieri. Cum scriptum
sit. voluntati eius quis resistet.
Supra etiam dixit Augustinus
quia necesse est fieri si voluerit
Sed vult mala fieri aut non fieri
Si vult non fieri non fiunt. fiunt autem
vult ergo fieri. Item bonum est ma
la esse vel fieri. alioquin summe
bonus non permitteret ea fieri. Unde
Aug. in enchi. Quamvis ea inquit
que mala sunt inquantum mala
sunt non sunt bona. tamen ut non
solum bona sed etiam sint et mala
~~nullo modo sinerent~~ bonum est. Nam
nisi esset hoc bonum ut essent et
mala. nullo modo esse sinerentur ab
omnipotenti bono. cui procul dubio

qm̄ facile est quod vult facere tā
facile est qd̄ nō vult ēē nō sine
Hec nisi credamus periclitatur
nr̄a confessio q̄ nos in prem̄
omnipotētē credē cōfitem̄ Ecce
hic apte hēs q̄ bonū ē mala
ēē omnis aūt boni deus auctor
est qui vult omē bonū ēē qd̄ ē
Cū s̄ bonū sit mala fieri uel ēē
s̄ et mala vult fieri uel ēē His
atq; alijs huiuoi rōnibz et autori
tatibz vtūtur qui dicūt deū velle
mala ēē vel fieri.

Hic ponit et rōnes illoꝝ
qui dicūt dei volūtate
non fieri mala uel nō ēē

Illi vero qui dicūt
dei volūtate mala nō fieri uel
nō ēē inductōnibz p̄missis ita

rndent dicentes deum nec velle ma
la fieri nec velle non fieri vel nol
le fieri sed tm non velle fieri Si n.
vellet ea fieri uel esse Et ita
eet auctor malorum ut scorum
ptestantur autoritates non g
eius volutate fiunt mala Item
si nollet mala fieri vel vellet
non fieri et tamen fierent omps
non eet cum eius volutas huma
ne volutatis effectu impedire
Ideoq; non cedunt deum velle ma
la fieri ne malorum auctor in
telligat nec cedunt eum velle
mala non fieri uel nolle fieri
ne impotens ee videat sed tm
dicunt eum non velle mala fieri
ut non auctor sed pmissor ma
lorum monstret Vnde et ewa ubi

ondit deū auttorē ēē oīm bo-
norū dicēs. i. oīa ꝑ ipm̄ facta
sūt. consequēt malorū auttorē
esse negat dicēs. et sine ipo fa-
ctū est nihil. i. pctm̄. Non dixit
ꝑ eū factū ēē. uel eo nolente et
inuito. sz tm̄ sine eo. i. sine eius
volūtate. qr nō eius volūtate
fit pctm̄. Non ergo deo nolēte
vel nolente. sz nō volente fiūt
mala. qr nō subest dei volūtati
ut malū fiat uel nō fiat. sz ut
fieri sinat. qr bonū est sinē ma-
la fieri. et vtiqz volēs sinit. nō
volēs mala. sz volens sinē ut
ipa fiant. Qa nec mala sūt
bona. nec ea fieri vel ēē bonū ē.

Quō intelligedū sit illd'
Augustini. mala fieri bo-
nū est.

Ad vero Augustinus ait Mala
fieri bonum est, nec sinerent ma
la ab omnipotenti bono fieri nisi
hoc esset bonum ut ea essent, ea
ratione dictum esse asserunt, quia
ex malis que fiunt deus bona
elicit, nec ipse permitteret ea fieri
nisi de eis bonum aliquid faceret
Unde Aug. in eodem li. ench.
aperte indicans predictorum verborum
talem esse intelligentiam ait.
Deus omnipotens cui rerum est summa
potestas cum summe bonus sit, nullo
modo sineret aliquid mali esse
in operibus suis nisi usque adeo
esset omnipotens et bonus, ut bene
faceret etiam de malo. Item in eodem
Melius iudicavit deus de malis
bona facere quam mala nulla per

mittere. Ex hoc itaque sensu dictum est ac verum est bonum est mala fieri quia ex malis que fiunt bonis qui secundum propositum vocati sunt sancti accedit bonitas vel utilitas. Talibus enim ut ait apostolus in bonum cooperantur omnia etiam mala quia eis prosunt que aliis facientibus obsunt. Unde etiam aliquando in scriptura legitur malum appellari bonum ut hieronimus super Marcum. Malum inquit inde bonum fuit scilicet nobis. Nec si bonum est illi vel illi inde sequitur quod simpliciter bonum sit. Proprie enim ac simpliciter bonum est quod in se et facienti bonum est.

## Quadripartita boni acceptio

Est enim aliquid quod in se bonum

est et cui fit sed non est bonum
facienti ut cum subuenitur pau
peri sed non propter deum. Et aliquid
bonum in se et facienti sed non ei
cui fit ut cum veritas propter deum
alicui non obedienti predicatur
Et aliquid in se et facienti et
ei cui fit bonum ut cum veritas
predicatur propter deum credenti.
Unde apostolus Bonus odor sumus
deo aliis odor vite aliis odor
mortis Est autem aliud quod
nec in se bonum est et facienti
nocet et damnat nisi peniteat
ut malum valet tamen ad aliquid
Ut enim ait Aug. in Ench. A summe
et equaliter et immutabiliter bona trini
tate creata sunt omnia nec summe
nec equaliter nec immutabiliter

bona. sz tamē bona etiam sin-
gula. Simul vō vniuersa valde
bona. Q'a ex omnibz consistit
vniuersitatis admirabilis pulcri-
tudo. In qua etiā illud quod
malū dr̄ bn̄ ordinatū. et loco
suo positū. eminēcius comēdat
bona. ut magis placeāt z lau-
dabiliora sint dū ꝯparant malis.

Q mala vniuersitati va-
lent et faciētibz sua ꝓpria
vel paciētibz aliena ꝓsūt
electis tantum.

Hinc patet q ex mal que fiūt
aliquod ꝓuenit bonū dū bona
magis placent. et laudabiliora
existūt. Ipis etiam facientibus
ex mal que faciūt intdum bona
ꝓueniūt si scdm ꝓpositū vocati

sunt sancti. Talibus enim ut ait Au-
gustinus in libro de correctione et
gratia. usque a deo deus omnia cooperatur
in bonum. ut si qui horum deviant
et exorbitant. etiam hoc ipsum eis
faciat proficere in bonum. quia humili-
ores redeunt atque doctiores: ut
Petrus. Illa etiam mala que ab
iniquis fideles perferunt. ut ait
Aug. in li. de trin. ipsis utique pro-
sunt. ut ad delenda peccata vel ad
exercendam probandamque iustitiam vel
ad demonstrandam huius vite mi-
seriam. Ideoque et Iob dei manum
et apostolus sathane stimulum sensit. et
uterque bene profecit. quia malum
bene portavit.

Ex predictis concluditur ostendens
esse bonum fieri mala multis
modis:

Si quis igr diligēt
attendat que scripta sūt facile
est ei percipe ex malis bona p
venire. et ex ea rōne dictum ēē
quod bonū est mala fieri vel ēē
non qr malū sit bonū. vel quia
bonū sit malū fieri. Non est eniz
bonū malū fieri ab aliquo: quia
non est bonū ut aliquis faciat
malū. Si em̄ hoc ēēt bonū. p fe
cto huius deus auctor ēēt. qui
est auctor omīs boni. Qr si huius
deus auctor ē eo s̄ auctore hō
agit mala. et ita eo auctore hō
fit deterior. Et si eo auctore homo
fit deterior. tūc eo volente hō fit
deterior. Idem est em̄ dicē aliquid
fieri deo auctore quod deo volente

Deo aut̄ auctore homo nō fit
detior. ergo nō deo volēte. Vt
Aug. in li. lxxxiii. questio. apte
astruit a minore dicēs ita. Nullo
sapiēte hoīe auctore fit homo de-
terior. Tanta em̄ est ista culpa
que in sapiētem hoīem cadere
nequit. Est aut̄ deus om̄i hoīe
sapiente p̄stancior. Multomin⁹
g̊ deo auctore fit hō detior. Mul-
to em̄ est p̄stancior dei volūtate
q̄m hoīnis sapiētis. Illo autē
auctore cū d̄r. illo volēte dicit
g̊ est viciū volūtatis hūane
quo est homo detior. q̊d viciū
si longe abest a dei volūtate
ut ratō docet. a quo sit querē-
dū est. Ecce apte dicit Aug.
deo auctore vel volente hoīem

non fieri deteriorem: sz vicio vo-
lūtatis sue. Non est ergo deo au-
ctore quod malū fit ab aliquo:
et ita deo volente mala nō fiūt.

## Quod in deo non est causa ut sit homo deterior.

Deinde idem Augustinus querens
quid sit causa ut homo sit deterior
in deo nō esse asserit in eodem libro
sic dicens. Ut sit hō deterior: aut in
ipso est. aut in alio: aut in nihilo
Et ex his apte ōnditur quod nō ē
bonū ut sit hō deterior: quia nō
est deus eius rei causa qui tm̄
cā bonorum ē. Et si nō est bonū
ut homo fiat deterior non est ergo
bonū ut ab eo fiat malū: non
ergo vult deus ut ab eo fiat malū

## Aliter probat quod deo autore non fiūt mala.

Item aliter etiam ondit quod deo au
ctore vel volente non fiunt mala quia
ipse non est causa tendendi ad non
esse. Tendere enim ad non esse malum
est. Ipse autem auctor mali non est
Tendit vero ad non esse qui operatur
malum. non ergo deo auctore est
quod aliquis operatur malum. Non
est ergo bonum quod aliquis operatur
malum. quia tantum boni deus auctor
est. Hec autem Aug. in eodem libro
aperte explicat ita dicens. Quoniam
que sunt auctor est. et ad cuius
bonitatem id pertinet ut sit omne
quod est. boni tantum modo causa est
Quo circa mali auctor non est
et ideo ipse summum bonum est. a quo
in nullo deficere bonum est. et malum
est deficere. Non est ergo causa deficiendi.

.i. tendēdi ad non ēē qui ut ita
dicā ēēndi causa est. Qz olim q^e
sūt auctor est que inq̄ntū sūt
bona sūt. Ecce aꝑte hēs ꝙ defi-
cere a deo qui sūmū est bonuz.
malū est. Mala ergo facē ma-
lum est non g^o deo auctore vel
volente mala sūt.

## Obiectio quorūdā so-phistica qua ꝓbare ni-tūtur ex deo esse ꝙ ma-la fiant.

Iam sufficient ostēsum ē. ꝙ deo
auctore nō fiūt mala. Quidaz
tamē zophistice incedētes. et
ideo deo odibiles ꝓbare conāt
ex deo auctore ēē ꝙ mala fiūt
h^o mō. Qz mala fiūt v̄m est.
omē aūt v̄m quod ē. a v̄itate

est que deus est. A deo ergo est quod
mala fiunt. Quia autem omne verum a deo
sit confirmat autoritate Aug.
in li. lxxxiii. q. ita dicentis. Omne
verum a veritate verum est. Est autem
veritas deus. Deum ergo habet aucto-
rem omne verum. Est autem verum
quod mala fiunt vel sunt. Deo ergo
auctore est quod sunt vel fiunt mala.

## Responsio ubi concedit omne verum esse a deo. et sophisma aperit.

Quibus facile est nobis respondere
sed indignum responsione videtur quod
dicunt. Omne namque a deo verum est.
ut ait Aug. cui consonat Ambrosius
qui tractans illud verbum apostoli. Nemo
potest dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto.
dicit quod omne verum a quocumque dicitur a

spū sancto est. Cū itaqz vm
sit q mala fiūt. hoc vm eqdm dr
illa locutōe. s. mala fiūt. a deo ē
sz nō inde sequit q a deo sit. ut
mala fiant. Si em hoc diceretur
autor malorz deus ee intelligeret
quod ex simili manifeste falsū
ondetur. Deus prohibet furtū fieri
sz furtū fieri verū est. ergo prohibet
verum: non sequitur.

Partē questionis appro
bat illorz qui dicūt deū
non velle mala fieri.

Hec igr et alia huiusmodi mania
relinquētes. premisse questionis
parti saniori fauētes que scōrz
testimoniis plenius approbatur.
dicamus deum non velle mala
fieri neqz nolle fieri. Omē ergo

quod vult fieri fit et omne quod
vult non fieri non fit. Fiunt
autem multa que non vult fieri ut
omnia mala :—

## Quod voluntas dei semper impletur de homine quocumque se vertat.

Voluntas quippe dei semper
efficax est ut fiat omne
quod velit et nihil fiat quod nolit
que de homine semper impletur
quocumque se vertat. Nihil enim
ut ait Aug. in libero arbitrio
constitutum superat voluntatem
dei et si faciat contra eius volun-
tatem tamen contra eius volun-
tatem que ipse est nihil putan-
dum est ita fieri tamquam velit
fieri et non fiat vel nolit fieri

et fiat. Illa enim voluntas ut ait
Aug. in ench. semper impletur
aut de nob. aut a nob. De nob.
impletur. sz tamen non implemus
eam quando peccamus. A nob. im
pletur quando bonum facimus. ideo
enim facimus quia scimus placere
deo. Ita et de homine semper deus
implet suam voluntatem. quia
nihil facit homo de quo deus
non operatur quod vult. Non
enim vult deus ut peccet homo
quilibet. Si autem peccauerit
penitenti vult parcere ut viuat
in peccatis vero perseuerantem pu
nire ut iusticie potentiam con
tumax non euadat. Sicut alios
ab eterno preparauit ad penam.
ita alios preparauit ad gloriam

et hec sunt magna opera domini
exquisita in omnes voluntates eius
Et tam sapienter exquisita
vt cum angelica et humana crea
tura peccasset. idem non quod
ille sed quod voluit ipsa fecisset
etiam per eandem creature vo
luntatem qua factum est quod crea
tor non voluit. replet ipse
quod voluit bene vtens ~~malis~~
etiam malis tanquam summe bo
nus ad eorum damnacionem quos
iuste predestinauit ad penam
et ad eorum salutem quos beni
gne predestinauit ad graciam
Quantum enim ad ipsos attinet
quod deus noluit fecerunt quantum
vero ad omnipotenciam dei nullo
modo id facere valuerunt. Hoc

quippe ipo. q contra eius vo
lūtatem fecerūt. de ipis facta
est volūtas eius. Preterea naqz
magna domi sūt opa exquisi
ta in omes volūtates eius. vt
miro et ineffabili mo non fiat
pter eius volūtatē. quod etiam
fit cont eius volūtate. quia no
fieret si non sineret. nec vtiqz
nolens sinit. sz volēs. nec sineret
bonus fieri male. nisi omipotēs
et de malo posset facē bonū bn.
Hys vbis euident monstrat.
q volūtas dei eterna sp implet
de homie. etiā si faciat homo ꝯt
dei volūtatē. Sz attēdēduz est
diligent. quo in supioribz dr
fieri aliquid cōn dei volūtatez
quod tamē non fit pter eam.

Et qualit' intelligendu sit illud
quantum ad se fecerunt quod deus
noluit. quantu vero ad omnipote-
ciam dei nullo modo id facere va-
luerunt. Videtur enim ista supio-
ribus obuiare ubi dictu e vo-
lutati eius nihil resistere.

## Hic aperit dicens diu-
## sis modis supra accipi
## dei voluntatem.

Verum ut sup' diximus volutas
dei diuisis modis accipit' q diu-
sitas in pdictis vbis si diligenter
notetur nihil ibi contradictionis
repitur. Ubi enim dicit no fieri
pter eius volutate etiam qd
fit con eius volutate dissimilr
accepit volutate et no ipam vo-
lutate que deus est et sempna
est sz eius signa pdictis vbis i-

telligi voluit. i. prohibicōm siue
p̄ceptōm et p̄missiōm. Multa n.
fiūt contra dei p̄ceptū uel prohibi-
cōm que tamē nō fiūt p̄ter eius
p̄missiōm. Ipius nāq; p̄missiōe
omnia fiūt mala. que tamē p̄ter
eius volūtatē semp̄rnā fiūt. Sic
Aug. dicit sr̄ illum locū p̄s. vt nō
loq̄tur os meū opa hoīm. Opera
em hoīm dicit ea que mala sūt
que p̄ter dei volūtatē fiūt que
ipe est. sz nō p̄ter eius p̄missiōm
que ipe non est. Appella tamē
ipa dei volūtas. qr deus volēs
sinit mala fieri. fiūt et contra
eius p̄ceptōm vel prohibicōz. sz
non cōn eius volūtatē que ipe
est. nisi dicātur cōn eam fieri. qr

p̄ter eam fiūt. Cont̄ eam quippe
nihil ita fit. ut velit fieri quod
nō fiat. vel nolit fieri et fiat. q̄d
euident̄ ibi Aug. notauit. Vbi
ait. Q̄ntū ad ipos attinet q̄d
deus noluit fecerūt. q̄ntum vō
ad omnipotētiā dei. nullo mō id
facere valuerūt. Ac si diceret fecerūt
cont̄ dei p̄ceptū. quod appellā
volūtas. sz nō fecerūt contra
dei volūtatē omnipotētē. q̄r hō
nō valuerūt. illud valuerūt
et ita p hoc quod fecerūt cont̄
dei volūtatē. i. p̄ceptū. de ipis
facta est volūtas eius. i. īple
ta est volūtas eius semp̄rna
que eos dānari volebat. Vnde
Greg. sr̄ Gen. Multi volūtatē
dei pagūt. vnde mutare ꝯtēdūt.

et consilio eius resistentes obse-
quuntur. quia hoc eius dispositioni
militat. quod per humanum studium
resultat. Hic aperte ostenditur quia
dum mali consilio ac precepto dei
resistunt quod voluntas dei appel-
latur. ea faciunt unde voluntas
eius que ipse est impletur. que dis-
positio vel beneplacitum vocatur.
Nam ut ait Aug. in ench. quan-
telibet sint voluntates angelorum
et hominum bonorum vel malorum. vel
illud quod deus vel aliud volen-
tium quam deus. omnipotentis volun-
tas semper invicta est. que mala
esse numquam potest. etiam dum mala irro-
gat. iusta est. Deus ergo opus sive
per misericordiam cuius vult miseretur. sive
per iudicium quem vult obdurat. nec

nec iniqz aliquid facit. nec nisi
volens quicqm̄ facit et oīa que-
cumqz vult facit.

Sūmatim perstringit sen-
tētiam p̄dictoꝝ addens q̄re
deus p̄cepit omnibus bona
facere et mala vitare. cū non
velit hoc ab omnibz implere

Ex p̄dictis liquet q̄ volūtas dei
que ipe est sp̄ īuicta ē nec in
aliquo cassat̄ sed p oīa implet̄

Consiliū vero eius et p̄ceptio
siue p̄hibitio nō ab omnibz im-
plentur quib⁹ p̄posita et data
sūt. Neqz ideo p̄cepit omnibus
bona vel p̄hibuit mala. vel
consuluit optima q̄ vellet ab
omnibus bona que p̄cepit fieri
vel mala que p̄hibuit vitari
Si em̄ vellet utiqz et fierent.

qz in nullo pōt ab hoīe supari
uel impediri eius volūtas: sed
ut iusticiā suā hominbz ondēt
et mali ēent inexcusabiles:
Deniqz ut boni ex obediencia
gl'am mali ex inobediēcia penā
sortirētur: sicut vtrisqz ab et'
no p̄parauit. Ea ergo que omnibz
p̄cepit vel ꝓhibuit a quibusdam
voluit fieri vel vitari: sz non ab
omnibz: et quedā ꝑsonalit' p̄ce
pit et in veteri et in noua lege
que ab eis quibus p̄cepit fieri
noluit: ut abrae de īmolacōe filij
et in euāgelio quibusdā curat'
quibz p̄cepit ne cui dicēnt.
Qz aliquādo homo bona
volūtate aliud vult q̄z d's.
et aliqn̄ mala id q̄d deus
bona volūtate vult.

dis. 28.

tiendum quoque est quod aliquando
mala est voluntas hominis
idem volentis quod deus vult
fieri et aliquando bona est voluntas
hominis aliud volentis quam deus.
Ut enim bona sit hominis voluntas
oportet attendere quid congruit
ei velle et quo fine. Tantum enim
interest inter voluntatem dei et volun-
tatem hominis ut in quibusdam
aliud congruat deo velle aliud
homini. Unde Aug. in ench. Aliquando
bona voluntate homo vult aliquid
quod deus non vult bona multo
amplius multoque certius voluntate
Nam illius mala voluntas esse
nunquam potest. Tanquam si bonus fi-
lius patrem velit vivere quem deus
bona voluntate vult mori. Et

rursus fieri pt ut hoc velit
homo volūtate mala quod
deus wlt bona velut si malꝰ
filius velit mori prem velit
etiam hoc deus Nempe ille wlt
quod non wlt deus iste vero
id wlt quod wlt et deus et tn
bone dei volūtati pietas illius po
cius consonat qmvis aliud vo
lentis qm ~~idem~~ huiꝰ volentis
impietas Multū em interest
quid velle homī quid deo con
gruat et ad que fine sua qlsqꝫ
referat volūtatē ut approbet vel
improbetur Pōt em velle bonū
quod no congruat ei velle et
pt velle bonū quod congruit
ꝫ no refert ad fine rectū et io
non est bona volūtas.

Q bona dei volūtas mala

hoim̄ ~~mala~~ volūtate īple²
ut in passione xp̄i contigit
vbi q̄ddā factū est quod d̄s
bona et iudei mala volūtate
voluerūt. voluerūt tamē et
aliquid quod deus nō voluit.

Illud q̄z non est p̄termittēdum
q̄ aliq̄ndo dei volūtas bona
p̄ malam hoīnis volūtate īple²
vt in crucifixione xp̄i factuz ē.
quē deus bona volūtate mori
voluit. Iudei vō impia volūta
te eū crucifixiunt. Et volebant
iudei mala volūtate quoddam
quod deus voluit bona. volebat.
s. ut xp̄us patētur morere². s̄z
volebāt. et aliquid aliud quod
deus nolebat. s̄z occidē xp̄m. qd̄
fuit mala actio et pctm̄. Actum
quippe iudeoz nō voluit deus:
passiom̄ vero xp̄i ~~vō xp̄i~~ voluit.

sicut et in ipo ps. xps ad prem ait
Tu cognouisti sessiom mea. i. voluisti
et approbasti passiom mea. tibi em
placuit. Voluit itaqz tota trinitas
vt xpus pateretur. nec tam voluit
ut iudei occiderent. qz voluit pena
xpi. sz no voluit culpa iudeorum. nec
tamen noluit. si eum noluisset. nec
fuisset.

## Oppositio.

Sz ad hoc opponitur sic. Si voluit
deus ut xpus pateretur. voluit ita
qz ut pateretur a iudeis vel no. Si
voluit ut no pateretur a iudeis. cum
passus sit. factum est itaqz quod vo
luit deus no fieri. Si aut voluit
eum pati a iudeis. ergo voluit eum oc
cidi a iudeis. voluit itaqz ut iu
dei occiderent eum. Ad quod rndentes
dicimus simpliciter concedendum esse. quod deus

voluit xp̄m pati mori · q̄ eius
passio bonū fuit et cā nr̄e salutis /
Cū aūt dr̄ volebat eū pati vel
occidi a iudeis / Hic distinguēd
est / Si em̄ intelligr̄ sic / volebat
eū sustinē passiōm siue cr̄ifixiōz
a iudeis illatā · verus ē sensus
Si vō intelligr̄ sic · volebat ut iu-
dei occidēnt eū · falsum ē / Non
em̄ volebat deus actōm iudeoꝝ
que mala erat / sz volebat pas-
sionē bonā / et hec volūtas ꝑ
malas iudeoꝝ īpleta ē / Vnde
Aug. in ench / Deus quasdā vo-
lūtates suas vtiqz bonas īplet /
ꝑ maloꝝ hom̄ volūtates malas /
sic ꝑ maliuolos iudeos bona vo-
lūtate p̄ris xp̄c ꝑ nob̄ occisꝰ ē /
q̄ tm̄ bonū fuit ut apl̄s Petrus

qn id fieri nolebat Sathanas ab
ipo qui occisus e diceretur Ecce
manifeste hes magnu bonu
fuisse q xps occisus e et h bm
quia petrus nolebat. io redargu
tus est.

Utrum placuerit viris bonis q
xps pateretur et moreretur. pla
cuit quidem intuitu nre redem
cionis. sz no ipius cruciatus

Ex quo solvitur questio qua qri
solet. utrum viris sctis placere debuit
q xps pateretur vel occideretur
Debuit enim eis placere intuitu nre
redencionis sz no intuitu ipius cruci
atus Voluerunt ergo ac vehementer cu
pierunt xpm mori propter liberacoz
hominis et implecoz divine volutatis
sz no voluerunt delectacoe ipius affli
ctionis De eodem ergo letabantur et

tristabantur. sed ob aliud gaude-
bant et propter aliud dolebant. Vole-
bat ergo xpm mori pro hominis
redemptione. et tamen de morte ipius
diuersis de causis corda eorum va-
rie mouebantur.

Quomodo sentiendum sit de passioni-
bus sanctorum an velle an nolle
debeamus:

Si vero quaeritur. Vtrum eodem modo
sentiendum sit de passionibus et
martiriis sanctorum. Dicimus aliquam
esse differentiam inter passionem
capitis et membrorum. Cristi namque
passio causa est nostre salutis. quod
non est passio alicuius sancti
Nullius enim passione redemti
sumus nisi xpi. Profuerunt quidem
non modo eis qui passi sunt. verum
etiam aliis fidelibus ipsorum pas-

sionēs / verūtamē nr̄a redemtio
nō sūt / hō enī passio illius sola
potuit / qui deus est et hō / illius
ergo passiōm credētiū pie mētes
voluerūt et optauerūt fieri / sicuti
~~futurū~~ futurū credebāt / passiones
vō sctōrū possumus velle et nolle
et vtrūq; bona volūtate / si rcōs
nob̄ ꝓponamus fines / Cui enim
placuit pauli passio eo fine qr
p̄miū eius ꝑ hō auctū et ꝑatū
cernebat / bonā videtur hūisse
volūtatē / que volūtati eius
congruebat qua cupiebat dis
solui et ēē cū xp̄o / Qr autē vo
luit eū declinare passionē / et
effugere manus iniqrū cōpassione
pietatis / et ille hūit bonā volū
tatē / Vnde Aug. in ench. / Bone

apparebāt volūtates pioꝝ fidelium
q̄ nolebāt aplm paulū ihrlem p
gere ne ibi patetur mala que a
gabus ꝓphta pdixerat. et tamē hō
illū deus pati volebat ꝓ amīciāda
fide xpi. exercens mrem xpi. neqꝫ
ipe bonā volūtate suā impleuit
ꝑ xpianoꝝ volūtates bonas sed
ꝑ iudeoꝝ malas. et ad eū potius
ꝑtinebāt qui nolebāt q̄d volebat
qꝛ idipm mala volūtate fecerūt
q̄d deus bona volūtate voluit.
Ita et in passiōe xpi factum ē
q̄d em deus voluit. hō idem iudas et iudeus
et dyabls. sꝫ illi mala volūtate. ds
vo bona volūtate. s. ut xps mo
reretur. Verūtamē illi actū voluerūt
quē deus nō voluit. Nūc ad Misterium
diuine unitatis atq̄ trinitatis licet expte cognoscendum
[illegible] valuimus diligenter
[illegible] sumus. Nūc ad considerationem creaturarum
transeamus

[illegible]

III



1514